



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Annotationes Ad clariorem Exercitiorum S. Ignatii Notitiam comparandam plurimùm conducentes, Tam pro iis, qui illa facturi, quàm qui tradituri sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

ANNOTATIONES

Ad clariorem Exercitiorum

S. IGNATII

Notitiam comparandam plurimùm con-
ducentes,*Tam pro iis, qui illa facturi, quam qui
dituri sunt.*

UT ii, qui S. Ignatij Exercitia cã, quã
posuimus, Methodo, nullo alio crades
facturi sunt, plus inde solatij atque fructus
pian; ut itidem illi, qui in eadem hac Religio-
sa solitudine alios directuri sunt, securius
tiusque id faciant, quasdam hïc reflexiones
proponere volui, ad hoc maximè idoneas,
spiritualia, quæ in Exercitiis latent, senten-
plicitiùs intelligantur. Poteram equidem
nes eo statim loco proponere, quò illas per-
nere breviter insinuavi: sed veritus sum,
graviùs fortasse cuiquam accideret, vel legi-
quotidie id, quod pro quavis die fuisset assig-
tum, vel electionem saltem facere, quidam
joris identidem momenti, atque adeò præ-
legendum sit. Hoc labore ut exonerarem
ctorem, suo semper loco monui, quò ex

orationibus, quas subjungam, quæcunque per-
teat: quibus licebit, placebitve, legent illas
quo distributa sunt, ordine. Ne verò illos
importunè gravarem, quibus tam proluxæ le-
ones minùs sunt commodæ, separavi has an-
orationes à reliquo Exercitiorum contextu,
aliquid nimirum ejusmodi, quod facile & sine
spiculo omitti possit.

I. ANNOTATIO.

Series ordinata Exercitiorum S. Ignatij
& Veritatum, quas illa continent.

*Legi debet vespere eius diei, quo preparatio
ad Exercitia, post veritates eorundem Exer-
citorum.*

Percurramus, si placet, omnes Exercitiorum
meditationes, & observemus, quàm aptè om-
nes, quas proposuimus, veritates compre-
hendant perquàm idoneâ serie.

Meditatio de Creatione hominis finem expli-
cat, ob quem factus est homo, tum id, ad quod
Creationis hujus titulo obligatur, demum &
medicia, ad obtinendum finem idonea. Atque ita
primam nobis veritatem persuadet, quæ hunc
modum habet: Creatus est à DEO homo, ut
creatus esset, & beatitudinem hanc suam mere-
retur,

R r s

retur, faciendo tantisper Conditoris sui rebus ad
tatem, quam si rebellis nollet implere, sine con
Etus esset æternæ damnationi.

Sequitur Meditatio de peccato Angelorum, et
Adami, & alieno quocunque; quæ nobis quodcumque sit
dem ob oculos ponit infelicitatem, cui obnoxium mei
xios se fecerunt, qui peccârunt; docet item quodcumque ad h
nùm periturum, quisquis gravem noxam commisit. Porro
miserit, nisi singulari Deo Misericordiâ ad se respiciat, cùm
miserum revocet. Et ecce primam ex animæ non eva
lata veritate consequentiam: Creatura Creatori inex
tori suo non obsequens æternæ damnationi traditur. C
rea fit: ergo quisquis peccat, peribit; nisi tamen, ut p
gnâ cum illo Deus misericordiâ dignetur, ut peccato ce

A peccatis ita generatim veluti consideratis, ut J
ad sua jam delabitur pœnitens animus, & quæ pl
graviter DEUM offenderit, contemplatur. Mox
de ad Inferni Meditationem digressus, ab horum
tur quodammodo in contemplatione horum, in
supplicii, quod Deus de peccato non condonat, exi
sumit. Ex quibus ita secum ratiocinatur: Quis per
quis graviter DEUM offendit, peribit, nisi Deus
cum indulgenter ad veniam revocet: Ergo
felicitati ego me obnoxium feci planè facere
danda.

Hinc per Mortis certò imminentis medi
tionem intelligit, limitatum esse tempus, quod
Deo

Deus ad salutis procuracionem concessit; ne-
que constare, quàm diuturnum id futurum sit.
unde concludit; in grandi salutis meæ periculo
Angeli; tempus, quo illi adhuc consulere inte-
nobis futurum sit, incertum est. Ergo quidquid in viri-
bus meis est, exerere debeo, ut securam faciam,
et item adhuc licet, salutem meam.

Porro ad Judicij Considerationem progres-
sum, cum intelligat, se perditionis periculum
ex ante non evasurum, nisi Judicem, qui post hanc virã
inexorabilis, conciliare sibi studeat, ita secũ
dam. Quidquid virium mearum est, facere de-
bet; ut periculum, in quod salutem meam pec-
gneturando conjeci, rursus evadam; Ergo jam necesse
est, ut Judicem mihi meum propitiem, dum
placationis certa adhuc est,

Mox illud Christi monitum de Pœnitentia
contemplatus, quod in Parabola de sterili ficu
dicit, intelligit, dignos à nobis pœnitentiæ fru-
ctus exigere, quos si proferre negligamus, certò
perituros, cum neque veniam Deus aliter
indulgere velit, nisi quam hoc pretio compare-
mus. Cum ergo videat aliter iratum Judi-
cem placari non posse, quàm pœnitentiam, &
viam vivendi rationem auspicando, sic ratio-
natur: placare debeo Judicem meum, dum id
tempus, quod dicitur, facere; Ergo jam nunc ordiri debeo, ut
ma-

maturè, quidquid perperam actum est, in
oris vitæ operibus corrigam.

Dum rationem inquirat, quam in
tione sua observare deinceps debeat
animus, Filius illi Prodigus ad Patrem
occurrit, tanquam Idea, secundum quam
ad DEUM reditum componat; ab hoc
dum seriæ pœnitentiæ formam addiscit,
animat: Jam nunc inchoare ejusmodi
vitam, quæ tot abundet virtutum
quot suffectura sunt extinguendis præter
tæ meæ maculis: Ergo ab hoc ipso
ad DEUM reverti debeo, animo prorsus
to, eique ita seriò atque integrè servire,
actè implcam, quidquid quoquo modo
exigit.

Jam factò semel vitæ perfectioris
aptè admodum meditatio de Regno Christi
monstrat, non esse perfectiorem vivendi
nem, quàm illa sit, quam Dominus &
ptor noster tenuit; proinde ita decernit:
tum est DEO in perfectionis studio servire
go imitari debeo Redemptoris mei vitam,
quam Ideam virtutis absolutissimam.

Huic decreto rectè mysteriorum vitæ
sti consideratio supervenit, in qua intelligitur
templator animus, quàm assidua fuerit

...m est, ...
...in com
...beat per
...Patrem
...m quam
...ab hoc
...ddicit,
...modi
...um de
...prece
...oso mo
...rorus
...rvire,
...modo
...is prop
...o Chri
...viven
...us & R
...cernit
...o serv
...vitam
...am.
...m vitæ
...atellig
...erit Ben

...mi Domini in obedientia, humilitate, & pa-
...entia exercitatio, Ex quo ita concludit. Vita
...rea Redemptoris mei mores debet exprimere:
...go perfecta mihi obedientia, profundissima
...usque nihili abyssum humilitas, & paupertas,
...umnis quantumcunque acerbis obnoxia, cor-
...esse debet.

Sic ad meditationem de duobus vexillis
...gressus fit; ex qua discit, ut ad trium harum
...uratum supremam perfectionem enitatur,
...u non esse, ut decernat solum occasiones il-
...a virtutes exercendi, quæ ultro in manus in-
...olabunt, acceptare, sed necessarium insuper es-
...e, ut ejusmodi vivendi genus seligat, quod
...um hunc profectum promovere aptum sit,
...ale fuit, quod sibi Redemptor noster sectan-
...m constituit, cum relicta sanctissimâ Matre
...a, ad annuntiandum orbi Evangelium abiit;
...o potissimum tempore Evangelicæ Perfe-
...onis Vexillum explicare cepit. Unde ar-
...ur contemplans. In obedientiæ, humilita-
...a & patientiæ studio eam perfectionem sequi
...beo, quâ me Benignissimo Redemptori meo
...quam simillimum faciam: Ergo ut ejus me
...ab signa conferam, & vitæ eandem cum ipso ra-
...onem amplectar, necesse est.

Subjungitur huic conclusioni Consideratio
de

de tribus modis humilitatis, in qua docetur
 mus, ut fructuosè eam vivendi rationem
 plectatur; quæ ad perfectæ obedientiæ, hu-
 litatis atque paupertatis seu tolerantiz
 exercitium ducat, opus omnino esse, ut
 contemptum & annihilationem, perfectæ
 militatis beneficio animus deligat & con-
 ctatur. Quare sic secum ratiocinatur: de
 ro militare sub Vexillo Salvatoris mei,
 vitæ meæ rationes sanctissimis ejus
 conformando: Ergo passim in rebus
 bus mei contemptum querere, eumque
 affectu toties amplecti debeo, quoties sine
 næ gloriæ detrimento id licebit.

Ita constitutum excipiet meditatio de
 classibus, quâ docetur animus, eum, qui
 tem suam serîo, ut par est, diligit, om-
 eam creatis rebus præferre, & per consequens
 nullam sibi elabi occasionem sinere, quæ
 dem ad eandem procurandam videatur
 re. Sic igitur statuit: meimet annihilatio-
 querere debeo in omnibus, & omnes illius
 casiones, quantum sine Divinæ gloriæ
 dictio licebit, solido cum affectu amplecti:
 nullam abire occasionem, ut patiar, necesse
 quæ ad hunc mei contemptum sine Divinæ
 riæ detrimento acceptandum, erit idonea.

Sic animatus ad solidam virtutis curam, me-
tari de acerbissima Redemptoris nostri Pas-
sione incipit, ex qua facilè intelligit, hanc suimet
humiliationem eò debere eniti, quò homini
est, nihil, quantumvis parvum videatur, ad
perfectum faciens omittendo. Quare sic judi-
cat: Nulla mihi occasio elabi debet, quæ ad
mei contemptum, sine Divinæ gloriæ detri-
mento exercendum apra est. Ergo totus mihi
studiar necesse est, & omnium virtutum studi-
is nullâ, quæ ad perfectum serviat, omissâ,
quam potest fieri exactissimè consecretabor.

Excipit hoc decretum læta de resurrectione
meditatio, & lucrum explicat, atque ingens
emolumentum, quod humana mens, sibi
integre mortua, solet consequi; id quod
eo consistit, ut incipiat homo vivere in
Christo, & Christus in homine. Sic proinde
loquitur meditans. Si plenè mihi moriar,
nullâ penitus omissâ re, quæ ad supremam vir-
tutis perfectionem obtinendam conducat, JE-
SUS vivet in me, & ego in JESU.

Atque ita hujus quidem vitæ sanctam quan-
tam cupidinem in se sentit exardescere. Post-
quam verò meditatio de Paradiso pleniùs illum
intruxit, vitâ hominis, qui soli DEO vivit, cœ-
lestem esse; mirum est, quanto incendatur ei
ani-

anim^o desiderio, conficiendi penitus veterat, qu
 lud Adamum, & terrestres animi affectus. U
 de & sibi met acclamare cogitur: Moriamur hic
 ergo nobis; non vivamus jam nisi DEO
 conversatio nostra in cœlis esto!

Denique in meditatione de amore spiritum
 instruitur contemplans, animum sibi
 um, & soli DEO, atque adeò cœlesti qu
 vita viventem, & ex omnibus totius
 rebus virtutis instrumenta, & scalas ad
 sibi facere, ut cum illo quàm arctissimè & qu
 felicissimè se jungat. Unde gratulatur
 Beatitatem suam animus, & novos ad per
 dum in suimet perenni victoria spiritus
 suggerens exclamat: Eia moriamur, an
 que aliud cogitare jam libeat, quàm
 & JESUM; ita placidè in superna evolab
 Quidquid creatum est, ex amore prodit, &
 amorem reducit animos, qui penitus
 Creaturas cognoverunt. Sic uti terrenis
 Sic Divinis favoribus adiuti, ad hujus
 vitæ perfectionem, ad alterius autem Beat
 nem supremam, tanquam unicum finem
 strum, pertingemus.

Intelligis, nisi fallor, Bone Lector, qu
 turæ congrua sit hæc veritatum series, qu
 pienter ordinata, quàm singulæ solidè fundat

quàm peritè quævis in assignata sibi medi-
tatione demonstratur, ad quantam denique to-
tionem hic Exercitiorum contextus perfectionem
conducatur, opitulante Divino subsidio. Certè
in hac quidem vita, nemo eniti potest,
ut integrè sibi mortuus, nullis nisi gratiæ
acquiet, nullum nisi Divini honoris
delectari, & Cœleste bonum desideret, &
confortio, creaturarum, quæ totidem insen-
sibiles quasi pedicæ sunt, non solum detrimenti
sibi capiat, sed iisdem tanquam gradibus uti-
tatur, quibus mentem ad Deum & Divina erigat.
Felicem enim verò te, si profundè satis hæc o-
perantia penetras; feliciorè verò, & multis sanè
viam Deo obstrictum, si, quæ dixi, placere
experieris; longè tamen felicissimum, &
Bonitati commendatissimum, si exer-
cere etiam, quæ didicisti, non pigebit. Huc
aspice, & ut hoc desiderium quàm pluri-
mè instillet, ab eo precare, qui tam sanctam cu-
ram in mente tua dignatus est inflam-
mare.

II. ANNOTATIO.

his Exercitiorum, & qua ratione in
quatuor hebdomades divisa sint.

Legenda est Vesperis pridie Exercitiorum
 cum ad illa fit preparatio, ante qua ca
 tur qua ad primum diem pertinent.

Finis & scopus Exercitiorum est Per
 nostra, & vitæ in melius emendatio, ut
 rius nempe procedamus, & facilius tandem
 tingamus ad æternam Beatitudinem, ad
 sumus conditi. Hoc est, quod ex hac sancti
 litudine lucri facimus; hoc instar scopi et
 quæm omnis meditando labor collimat.

In quatuor porrò partes dividuntur, quæ
 Ignatius *Hebdomades* appellavit: quia
 ille quidem voluit, mensis integer in hoc
 sto negotio deberet infumi, quatuor He
 mades ita in his quatuor partibus impend
 fuissent, ut productius aliquantò tempus
 fas esset occupari quæmpiam, quod major
 salutem suam momenti cognosceret, min
 rò temporis sufficeret pro illis, quæ min
 sent ad meditantis profectum emolime
 Jam verò, cum hodie mensis ad octo decem
 dies reductus sit, constringi etiam Hebd
 necesse fuit, eâ tamen ratione, ut in his, quæ
 briora videbuntur, diutius morari liceat.

Præter quatuor autem has hebdomades
 am adhuc S. Ignatius considerationem
 institui, de fine hominis, ad quem condit

DEO est, quæ quidem Consideratio cum prin-
cipij, & cujusdam quasi fundamenti loco sit,
in tota Exercitiorum fabrica dein innitatur,
in peculiari quodam loco, & in ipso quasi limine
locum posuit.

Prima itaque pars, quæ & *Prima Hebdomas*
appellatur, in eo versatur, ut hominem ab æter-
næ damnationis periculo eximat, omni illum
periculo ita liberans, ut ad ultimum finem suum
consequendum aptiorem faciat.

Secunda Hebdomas ad finis ejusdem conse-
crationem dirigit, Divinorum luminum & do-
ctrinarum ope, quas ad perfectioris vitæ præfidi-
um subministrat, ostendens scilicet, quænam
sunt, hoc est, quænam virtutes maximè sint,
quarum beneficio homini ad finem suum ul-
timum detur pertingere.

Tertia instruit, quousque progredi in virtu-
tibus debeat, quarum exercitium secunda Heb-
domas persuasit.

Quarta denique hoc agit, ut amorem in ani-
mo inflammet virtutis nimirum perfectissimæ;
accendit autem affectum hunc, Bonorum, quæ
perfectioris studium secum affert, clariore noti-
tiam, in eo scilicet consistentium, ut animus DEO,
Deus animo quàm artissimè tenerrimèque
conjunctus sit. Vides, quo pacto quatuor hæc
S s 2 so.

solitudinis nostræ partes suam quæque
 um exerceant, ut ad finem suum conducantur
 mam.

Jam cum ad vitæ morumque emendationem
 unicè opus sit, ut manifestè prius dispiciatur
 in quo vera felicitas nostræ, in quo item
 citas constituta sit; ante omnia sanè necesse
 est, hæc mentem scientiâ muniri. Id vult
 tissimè facit prima illa de fine nostro
 ratio. Hæc enim, cum eo fine conditos
 doceat, ut Dei nostri clara intuitio
 num beati simus, manifestum est, alter
 tam à nobis non debere æstimari, quàm
 tum pretij meretur brevis ad æternitatem
 gratitudo: atque idcirco veram in hac vita
 citatem in alio non consistere, quàm in eo
 ad beatam nos æternitatem ducit, ad quam
 ti sumus. Ex adverso autem vera
 infelicitas aliud non est, quàm id, quod à
 sima nos æternitate leparat, & ad æterna
 cia ducit. Prout ergo melius est charitatem
 nobis, quod viciniore nos supremæ
 nostræ facit: ita quod longius ab ea sedens
 propiores Inferno nos constituit, peius
 que detestabilius, necesse est.

III. ANNOTATIO.

De Fundamento Exercitiorum.

Legenda primâ Die ante primam meditationem,

Duo præcipuè observanda occurrunt. Primum est ; quòd S. Ignatius Principium hoc fundamentum non in meditationis forma proposuerit, sed judicaverit potiùs, tam evidentem ejus veritatem debere esse, quàm est incerta & solida. Sed licèt ita senserit S. Ignatius, nemo tamen ex omnibus, qui Exercitia hæc dare aliquando sunt soliti, vetitum sibi putavit esse, quin unâ aut etiam pluribus hanc veritatem meditationibus contemplaretur : maxime cum manifestum sit, hanc unicam de fine meditationem, penitus comprehensam, altèque mentem demissam, animam quodammodo vigorem illum esse, quo omnis spiritualis vi sustentatur.

Alterum est ; quòd hæc ipsa veritas ac principium, sicut ad totum humanum genus indiscriminatim pertinet, ita applicari possit illis, qui Christianos, qui Religiosos, qui Ecclesiæ Ministros se profitentur ; neque ullum sit, etiam in seculo viventium, hominum genus, in quod hæc ipsa Veritas non cadat. DEUS enim est, qui

qui ad Christi fidem, qui ad Religiosum institutum, ad Sacerdotium, ad quamcunque inculo vivendi rationem homines vocat, Beatitudinem illos ducat: quamvis moderat, ac ipse velit, certam quamdam rationem amplectantur, nullâ præmissâ deliberatione, num instrumenta sibi idonea turi in illa sint, quibus salutem suam optentur, quod unicum deberet esse votorum pendium. DEUS est, qui & Christiano Religioso homini, & Sacerdoti, & cuicumque convenientia singulis dat præcepta, quibus solubili illos nexu sibi obligat. DEUS enim est, qui cuique hominum generi salutis impertit præsidia, quæ in quapiam vivendi ratione tam abundantia non largiturus.

Et hoc est, quod me movit, ut ternas quas fundamento subjunxi, meditationes ponerem, quarum prima de vocatione Christianam fidem sit, altera de vocatione ad statum Religiosum, tertia de vocatione ad Sacra Ecclesiæ Ministeria. Omnes ad primam S. Ignatij de fundamento Considerationem quodammodo reduxi, quia non minus illi tuntur, quàm meditatio de Creatione hominis. Illam, quæ de vocatione ad Christum

...um in
...inque
...occat,
...is mult
...am v
...armilla
...donca
...am op
...torum
...tiano
...unque
...ant.

...am fidem est, ideo posui, quòd, cùm omnes,
...vacare Exercitiis volunt, Christiani sint,
...nibus futuram utilem putárim. Alteram de
...ocatione Religiosa subjunxi, ob frequentem
...modum illorum numerum, qui ex Religio-
...familis in solitudinem hanc secedunt. Ter-
...am addidi, de vocatione ad Sacerdotium,
...quia etiam ex hoc hominum ordine plures esse
...co, qui aliquod sibi tempus, laudabili pietate
...geregere solent, quod soli cum DEO solo exi-

...ant.
...Profanis hominibus nullam, quæ certæ
...conditioni congrueret, meditationem consti-
...non quòd expedire iis non judicaverim, si
...ipsi non nihil in solitudinem hanc secederent:
...enim abest, ut exclusos illos velim, ut
...inopotiùs judicem, nemini tam necessari-
...esse de conscientia suæ statò meditari,
...quam ipsis; utpote periculis labendi longè
...quam cæteri sint, frequentius expositis. Causa
...ergo, quæ me movit ut peculiare pro illis nihil
...proponerem, hæc est, quòd nimia fuisset medita-
...onum copia, si suam cuique statui singularem
...voluissem tribuere. Præterquam quòd & am-
...pior, quàm modò habeam, obligationum, quæ
...singulis incumbunt, notitia mihi fuisset neces-
...saria.

IV. A N N O T A T I O.

De Examine Meditationis.

Pro prima Die. Post primam meditationem.

Finita meditatione Examen super illa in-
tues, quod quadrantem saltem unius
teneat, neque unquam omitatur. Dico
itaque tecum, quàm fructuosè tempus
exegeris; an satis aptè materiæ considera-
visti; an lumina Divinosque motus
recenter, ut par est, exceperis; an coram
oculis cum debita subjectione adstruxeris;
DEI identidem præsentiam versari, ac mente
laborare studueris, ita simul meditationis
am animo ruminando, DEI tui præsentiam
cordando, ut, quæ cogitares, cum illo confere-
tibi que vicissim loquentem audires, atque
eum omnes voluntatis tuæ motus dirigeres.

Hæc nimirum in meditationibus
nenda est ratio, neque solâ tantum, atque
rerum speculatione contentus esse debes;
& dum oras; & longè adhuc magis postea
cum te atque sterilem destitueret; cum tam-
si cum DEO tuo, & intellectu & voluntate
sari studueris, futura sit oratio tua plena delectatione
& mirabili animi voluptate; atque ita demum

actuosa, ut proposita, quæ in ea suggerente
DEO statuisti, opportuno dein tempore sanè
tam efficaciâ experturus sis.

Cùm ita discusseris, quid ex tuâ parte actum
reliquum est, ut & illa examines, quæ coelitus
Divina Bonitas immittere dignata est. Lumina
sunt, & quibus voluntatem movit, affectus
inquire, & omnia, ut usui aliquando esse possint,
tempus in proprio annota; neque proposita omitte, quæ
considerans ita Divinitus illustrata fecit.

Denique grates Divinæ Majestati ages pro
omnibus à Cœlo favoribus, & veniam, si
quæ deprehendes, erratorum postulabis, cum
deinceps obsequij præstandi propo-
sueris.

Scribere porrò hæc lumina atque affectus li-
bro tuo alio quodam tempore, commodiore for-
sit ad hoc negotium. Sed & extendere con-
siliū esto quadrantem illum examini huic de-
dicatum, ut omnia, quæ notatu digna putas,
in commentarium tuum referas: illud tamen
interca cavebis, ne alia, quæ præscripta sunt,
quoad fas erit, negligas.

Cœterum Examen hoc omnibus omnino
meditationibus adjunges, quamvis deinceps
opus futura sit mentio.

V. ANNOTATIO,

Ad Meditationem, De Creatione
hominis.

Pro prima Die : post primam Meditatio-
nem.

Cum omnia, quæ ad hujus vitæ usum à Deo
concessa sunt, vel contraria, vel congrua
voluntati nostræ, præcepta, prohibita, aut permissa
sint; Meditationis hujus beneficio, intelligimus,
quod, ut salutem nostram procuremus, id omne
amplecti opus sit, quod præceptum est, id autem
omne relinquendum sit, quod est permissum:
solum igitur adhuc dubium est, quæ earum rerum
usu agendum, quæ indifferentia sunt. Etsi enim
indubitatum sit, eum esse hujusmodi usum esse,
qui Christianæ perfectioni sit perquam accommodus;
certum tamen est, ejusmodi rebus utendi rationem,
non omnino passim convenire. Unde profunda opus est
meditatio, & virtutum studio admodum exequenda,
ut ita Res creatas in usum tuum convertas,
quemadmodum DEO Creatori acceptum.

Regula proinde quædam necessaria est, quæ
solida, & irrefragabilis, quæ intelligatur, quomodo
quis usus Rerum, voluntati & arbitrio suo
permissarum, DEO sit placitus.

undè homini à DEO hoc in negotio prospere
est, ut pluribus demonstrabimus. Secun-
de interim hebdomadis monita expectemus, &
penultimam de re tota doctrinam capiemus.

Quantumvis enim triplex illa meditatio de
vocatione ad fidem, ad Religionem, & ad
vitarum Ecclesiasticum doceant aliquid de usu
vitarum, arbitrio nostro permissarum, id tamen
manifestè non faciunt, ut in secunda po-
nitur hebdomade commonstrabitur: Ubi
videbimus, quâ ratione Servator noster in hu-
jusmodi rerum usu se gesserit, atque unâ intelli-
gemus, quid agendum nobis sit, ut id, quod hac
ratione perfectissimum est, sectemur.

VI. ANNOTATIO.

Materia & nexus Considerationum
cujusque Diei Exercitiorum.

Pro prima Die: Ante Considerationem.

Ut Considerationes aliis singularum dierum
occupationibus aptius congruant, primâ die
consideranda præscripti, Missæ imprimis Sa-
crificium, tum Vesperas, Communionem, San-
ctissimi Sacramenti visitationem &c. tanquam
aliquid ad eâ diem pertinens, quâ considerandû
est, quodnam Christiani, Religiosi, & Sacerdotis
sit

fit officium : cujus utique partes nobilissimas
sunt ea, quæ modò enumeravi.

Pro secunda Die, quâ in meditatione peccatorum occupaberis, considerandum proponitur
Examen conscientia, & Confessionem, ut, cum
horrorem peccatorum longè maximum cogitaveris,
peris, unâ etiam de usu mediocriorum, ad illa
lenda efficacium, salubrius aliquid decernas.

Pro tertia Die, quæ primæ hebdomadae
cunda est, cum peculiare nihil habeat, cujus
siderationi alligata sit, mentalem ac vocalem
Orationem discutendam præscripsi : tanquam
Rem grandis utique momenti, & cui locus
quis jure suo debeatur, illâ potissimum die,
pœnitens animus perquam seriò de meli
vitæ institutis statuet.

Pro quarta die, cum Meditatio de Rege
Christi cum nobis tanquam Imperator
hibeat, convocantem Christianos omnes ad
pendia, nosque ad tanti Ducis sequelam, & ad
limium ejus virtutum imitationem invitare
expedire judicavi, ut consideres, quæ in legibus
spiritualibus libris, in audienda Divina
explicatione, & in communicatione deo
cum Patre tuo spirituali assiduitas & in
tenenda sit. Hæc enim plerumque tria illa

Instrumenta sunt, quorum praesidio in Divinis
rebus ab aliis instituiuntur.

Quemadmodum quinta dies Christum no-
bis in officio nutritij sui laborantem exhibet,
ita congruum videbatur, ut officium, negotia,
& temporis nostri usum considerandum sume-
remus.

Sexta dies docet, quod vitae genus amplecti
nos deceat, ut facilius ad eam, quae praefixa no-
bis est, perfectionem pertingamus. Unde con-
siderationis loco aptè poterit dispici, quae virtus
hoc anno studiosius excolenda nobis sit.

Postquam Crucifixum Redemptorem tuum
contemplatus fueris, nunquid desiderij aliquid
in animum iniici tibi senties unà cum ipso in
Cruce moriendi? Nihil sanè dubito. Est ergo,
quod septimâ hac die ad considerandum te in-
vitem, quid externae internaeque mortificatio-
nis imperare tibi velis.

Octava tandem diei considerandam tuam
cum proximo conversationem attribui, tan-
quam illud nimirum, quo nihil in spirituali vi-
ta difficilius, quo nihil lubricum magis sit, &
quo nihil ad cognoscendum, quàm solidæ vir-
tutis homo sit, esse solet efficacius. Non alia
ergo dies huic considerationi visa est congrue-
re, quàm illa, quo anima, Resurgenti Salvatore
suo

suo jam similis, vitam in hoc exilio cœlesti
agere, & ex omni rerum creaturarum vicissitu-
ne instrumenta facere sibi incipit, quibus
DEUM suum evolet. Quod qui aptè novè
facere, peritè conversationis suæ rationem
stituet.

VII. ANNOTATIO.

Modus, quo Considerationes
debent.

Pro prima die. Ante Considerationem.

Elevandus est ante omnia ad DEUM
mus, & cœleste lumen flagitandum, quo
tulante intelligas, qua ratione instituendæ
quas considerandas sumpsisti, actiones,
Perfectionis, quam à Deo exigit, leges
potæ sint.

Tum, si quam præteritis annis carum
Virtutum praxim tibi descripsisti, jam nunc
lam resume, & examina, num desit aliquo
num excefferis in aliquo, num mutari expo-
ex articulis quospiam &c. Huc Methodi
facient, quas in libris descriptas ad longum
bes: tales sunt, quas P. Alvarez de Paz,
P. Antonius Gaudier, vel alij quoque suis in-
cubrationibus proponunt. Ubi reperies Car-

um bene longum rerum, quas considerari ex-
pediet.

Sed duo interim observa. Unum est: Cùm
hæc Consideratio ad rectè instituendum dein-
deps, quod consideras, servire debeat, necesse est,
ut scripto annotes, si quid ad hanc præxin occur-
reridoneum. Alterum est, ut caveas nimiam te
legum, quæ certæ cuique actioni convenient,
multitudine onerare: nunquam enim tam
aris perseverans, ut omnes sanctè observes.
Unam hodie, cras alteram dissimulabis, atque
ita fiet, ut tota Virtutis illius exercitatio paulo-
post expiratura sit. Illud potius ex omnibus,
quæ occurrunt, selige, quod & efficacius, & in-
firmi tui non nimium fore arbitraberis.
Porro quæ circa Virtutis cuiuspiam exercita-
tionem promovendam sic occurrent, illa statim
adnotabis: tametsi hoc de luminibus, & Divinis,
quæ in oratione habere te contigerit, sensis no-
tam ut intelligas. Nolo, inquam, ut relictâ con-
tinuè oratione scribas, si quid occurrit boni:
quoniam imò, si quidem potes, neque animum singu-
lari cura ad hæc sensa reflectes, aut illa adno-
tandi propositum facies, quamdiu orandi tem-
pus durat: sed hæc omnia rectius ad Examen
meditationis, vel aliud quoddam opportunum
tempus differes.

Deni-

Denique velut à mentis in DEUM elevatione considerationem tuam exorsus es, & idem ejusdem Conditoris tui in ipso ejusdem cursu meministi, ita concludere eam memento, cum humili gratiarum actione Divino, quo præsens tibi adfuit, subsidio cum seria insuper imploratione celestis auxiliij, necessarij ad hoc, ut, quæ salubriter deest, constanter ipso opere exequaris; subjungas omnibus liberalem tuimet ad omne DEI quium consecrationem.

VIII. ANNOTATIO.

Finis Primæ Hebdomadis.

Pro secunda die. Ante primam Meditationem.

Anima, quæ vult perfici, ubi primum intellexit, in quo vera Peregrinantis in hac felicitas, in quo vera itidem infelicitas nihil jam cunctatur, sed illico secum omne à se malum quàm longissimè à se omni autem bono, quàm potest impendit se munire. Et hic nimirum duplex ille est, ad quem omniscorum labor tendere qui Exercitiis se impendunt; nimirum à se removere, & omni bono abundare,

Terque hic finis amplectendus est, ut non si-
mul ad utrumque velimus pergere, sed unum
primis assequi, tum ad alterum quoque pro-
gredi; quandoquidem ille, quem primo loco
numeravimus, dispositio quædam sit ad alteri-
us consecutionem necessaria. & ita uterque in-
ter se diversus sit, ut mediâ, quæ ad unius com-
prehensionem serviunt, alteri obtinendâ ne-
cessariam apta sint. Cæterum ad illum prius
consequendum intendi oportet studia, qui ipso
quasi naturæ ordine prior est; est autem hic ma-
joris ex animo ejection, qua sine animus
nunquam ad gratias, Virtutum profectui neces-
sarias, aptus est Divinitus recipiendas: sanè
cum cœlestes illæ faces, sancti affectus, & Divi-
ne inspirationes liberaliter se nulli infundunt
animæ, nisi purgata sit: sed neque effectus illos,
si alioquin assolent, in ulla hominis mente
surgunt, quæ adhuc impura est.

Quoniam igitur, ad penitus cognoscendam
sincerè exercendam Virtutem, peculiari Di-
vini Spiritûs nobiscum quasi familiaritate opus
est, ipse autem, utpote Infinita Sanctitas, ani-
mæ peccatis adhuc foedam, abominetur, ac
proinde se illi non jungat, neque ad arduam
pursuendam Virtutem excitet, antequam de elu-
endis illa maculis meditetur; ideo perquam

T t nobis

nobis idoneè imperatum est, ut à malo impium
declinemus, & sic tandem faciamus bonum. Delictum
Quod aliud scilicet non est, quàm illa malitia con-
expurgatio, cujus omnis cura primæ potestatis à su-
mum hebdomadi incumbit; Virtutum autem pro-
ceps studio in tres reliquas hebdomades distri-
buto.

Malum porrò illud, à quo declinare oportet, in triplex potissimum genus potest
vidi. Primum malum culpæ esto, seu Delictum
Numinis offensæ, id quod propriè omni peccato
to convenit. Alterum est malum pœnæ, seu
supplicij peccato debiti. Tertium est malum
habituale, sive relicta in animo vitiosa ad
candum pronitas. Et quidem hæc omnia
quovis antea actæ vitæ delicto, quod expurgari
imus, considerari possunt. Sed in illas quoque
noxas cadunt omnia, quibus instituendis
ceps vita maculari potest, & à quibus ipsa
suo modo purgare se tenetur anima, dum
sùs eas communire se debet: cum utique
biliores peccatorum abolitio non sit, quam
servandi se ab illis studium.

Præterita quidem vitæ peccata si confiteamur
mus, expiari illa possunt Pœnitentiæ in
Sacramento, tum etiam actibus perfectioribus
ritatis, sive illi in hoc solùm sistant, ut Delictum
expurgatio

per omnia diligas, siue tales sint, ut ex amore
omne peccatum, tanquam infinitæ Boni-
contrarium detesteris, & veniam supplici-
suprema Majestate flagites, cum desiderio
proposito infinitæ ejus charitati deinceps
quæquam ampliùs displicendi.

Malum deinde pœnæ animus propriâ suâ
operâ solet abolere, utroneis Tuimet afflictatio-
bus, tanquam peccatorum supplicis, sibi met
peratis, & constanti omnium, quæ occurrere
adversorum patientiâ, siue à DEO illa, si-
creaturis sint profecta, & denique Indul-
gentiarum, quas Ecclesia pœnitentibus offert,
religioso usu.

Tertium denique & habituale malum, confi-
dens in residua ex peccato pernicioso ad illud
suspensione, amolitur à se animus, omnes in-
firmis illius vicij actus cautè devitando, & stu-
diorè contrariam virtutem exercendo, nec non
sacramentorum, orationisque diligenti usu,
frequenti sanctæ ab hoc tam ignobili man-
cipatu libertatis desiderio ac postulatione. Qui
idem præservare se à peccatis studet, unâ eâ-
demque se operâ à malo culpæ, pœnæ, & vi-
tiosè habitûs simul tuetur. Unde neque necesse
est distinctam triplicis hujus mali contempla-
tionem institui, si peccatorum jam commissorum
contemplatio consideretur. Te 2 Tamet-

Tametsi posteriores tres Hebdomadae
citiorum multum eum ad delenda, tum
venda peccata conferant, utpote quae
rum actuum amoris DEI ac contritionis
sunt, quae frequentes carnis animique aff-
tiones, peccatorum vindices, imperant,
vitiosos actus impediunt, & virtutum pul-
mas exercitationes promovent, quibus
tirpantur mali habitus, & nos identidem a
psu securiores evadimus. Nihilominus
hebdomas amplius aliquid ad peccatorum
piationem praeter tribus posterioribus esse
habere solet; maximè verò ad poenarum
catis debitarum, imminutionem: malis
enim habituum eradicatione, uti & animi
futura peccata praemunitio, longi labor
est, neque obtinetur nisi idonei tempo-
cursu. Culpae verò & poenae malum
quodam iure ad primam hebdomadem
net, utpote quae & ad abolendam aliquam
torum nostrorum partem adurget, & con-
non est, nisi culpas, utcunque etiam leve-
prorsus omnes ex animo eluat. Praeter
quod & praesidium, quod prima ista heb-
ad malorum habituum extirpationem, &
stantem à peccatis puritatem praestat, san-
mum non sit; illa enim est, quae salutarem

horrorem ingenerat, quo & abominari om-
nem animi turpitudinem, & subditas rationi
rationes discimus servare. Dum intelligimus,
quanta sit animæ contra DEUM rebellis enor-
tas, & quanta præparum, quibus obnoxiam se-
re, atrocitas. Hæc prima hebdomas occa-
siones lapsuum nostrorum nobis detegit, & pro-
mo experimento nostro diffidere nobismet-
ipsa, & ad DEI opitulatricem misericordiam in
omni eventu recurrere nos docet.

Cæterum cum culparum expiatio fieri, ni-
nobis cooperantibus, non possit, sive in
penitentia Sacramento, sive extra illud,
tres potissimum actus sunt, qui nostra
idem ex parte sunt necessarij: Cognitio vi-
ciet eorum, quæ malè acta sunt; notitia,
qua intelligamus, quanti singula ponderis
sunt; & denique idonea illorum omnium de-
purgatio. Atque hi sunt actus illi, quos prima
hebdomas, ad plenam mentium expia-
tionem, perquam aptè suggerit. Meminisse
autem peccatorum nos facit, examinis quod præ-
cipit, ministerio. Quo in opere, cum peculia-
ri quadam ratione S. Spiritus assistat, & anima
tranquillior unicè in salutis suæ negotium in-
gressa sit, facile erit, graviores defectus, si quos
commisimus, in memoriam revocare. Doce-
mur

mur præterea in primæ hebdomadis exercitiis
quanta sit offensæ DEI gravitas, ex illorum pro-
cipuè capitum consideratione, unde illud, quod
habent, pondus accipiunt, tum etiam ex aliorum
contemplatione rationum, quæ irrefragabili
momento demonstrant, quanta sit peccati
litia. Denique invitamur in hac prima hebdoma-
made ad detestationem illorum, quæ per
ram à nobis commissa omni horrore, et
odio digna esse cognovimus.

Ex tribus porrò his actibus, in quibus
primæ hebdomadis occupatio versatur, illi
quem in meditationibus servari oportet, magis
apparet. Quamvis enim initium ab exercitiis
anteactæ vitæ faciendum sumi possit, ut animus
arguente conscientia, criminum suorum
convictus, ad considerandam deinde gravitatem
eorundem, & denique ad detestationem
pergat, atque ita, quidquid Divinæ legis
sum contigit, ritè expietur, quæ rerum ter-
tis utique naturæ congrua videtur esse.
tamen Ignatius, directore S. Spiritu, aliter
hoc negotio procedendi modum didicit, ut
nos etiã sectari, nisi fallor, convenit, ut peccati
movendæ voluntati sit aptior, facilius ab
su quodam vehementiori, quàm à lumen
mobili. Certè, ut virium aliquid habeat

...vis cœterâ efficax ratio, in mentem peccatis
...ngo usu, & valido affectu alligatam violento
...modam incurſu opus est.
Hinc est, quòd in ipſo hebdomadis hujus
...gressu Peccatum illud, quod angelis atque
...umano generi primum fuit, exhibeatur, cum
...rendâ, quæ ob id utrimque decreta fuit, 'ulti-
...os; è quibus anima (quæ ingenitæ infirmita-
...vicio faciliùs aliena, quàm ſua damnat) nul-
...proprij amoris impedimento intelligit,
...quàm ſeverè DEUS. Majestatis ſuæ offeſam
...ndicet; adorare item incipit Divinæ Justi-
...æ contra peccatores tremendum rigorem,
...erubescere culpas ſuas, quibus tanta hæc ſup-
...licia meritam ſe fuiſſe agnoſcit. Ita præpara-
...us reſpiſcentis hominis animus inexplicabi-
...em peccatorum ſuorum numerum, & enor-
...mitatem cogitur intueri, & mox ſeriæ con-
...templationis beneficio ad Damnatos in infer-
...um descendere, ut illic expertus quodammo-
...do ineffabilem tormentorum atrocitatem, &
...amitis incendiij æternos ardores efficaci de-
...creto de ſalutis ſuæ negotio prudentiùs impoſte-
...um curando cogitet. Si quid dein eſt reliquum
...meditationum, id vel eò tendit, ut hoc emenda-
...tionis propoſitum, quamdiu fructuoſum
...eſſe poteſt, urgeat, vel eò etiam, ut in-

struat poenitentem, quid porro ad salutem
curandam facto opus sit,

IX. ANNOTATIO.

Ordo primæ Hebdomadis.

Pro secunda die, ante primam medita-
nem.

Prima meditatio erit de peccato Adæ
Angelorum, & quocunque à nobis non
missio. In qua apparebit Divinæ Justitiæ
qui & terreat nos, & erubescere faciet
ta nostra, pro eo, ac S. Ignatius desiderat.

Secunda erit de peccatis propriis, quæ
mentem revocabimus in primo puncto; in
liquis eorundem enormitatem expendemus
congruum de singulis aut universis dolere
concipiamus.

Tertia de Inferno horrorem & odium
cati super omnia totius universi mala in
generare debet.

Quarta de Morte erit. Quam consideramus
cecu peregrinationis nostræ terminum
aditum ad æternitatem: potissimum
qua migrandum erit, incertitudinem
imprimentes, qua obligamur ita nos generatim
omni momento ad iter accin&i stemus.

Quinta de iudicio particulari iudicem no-
tam aliquando severum, & inexorabilem
ore affirmat, quam modò placabilis & indul-
gens est, eumque ipsum fore, qui æternis nos
reddat supplicii, aut in æterna gaudia recipiat,
propterea meritos alterutrum deprehendet.

Sexta erit de fructibus pœnitentiæ prorsus
ad hoc necessariis, ut iudicem nobis Divinum
propitiemus, & felicem nobis ex hoc mundo
certum comparemus.

Septima de filio prodigo fiet, à quo discere
mirum decet, qua ratione ad DEUM pœni-
tenti redeundum sit.

Ex his porrò meditationibus prima hoc agit,
ut animus, stupido quodam veterno immobi-
li non nihil excitet. Secunda, ut se ipsam ani-
ma cognoscat, & infelicitatem suam deplorare
incipiat. Tertia, mali, in quod peccans se ul-
terò præcipitavit, enormitatem exaggerat.

Quarta docet, non ita semper in promptu fore
instrumenta salutis, sicut modò sunt. Quinta
monet, ut obtinendæ Divinæ Misericordiæ,
quamdiu cum fructu aliquo id fieri poterit, cu-
ram bene seriam suscipiat. Sexta studium emen-
dandæ vitæ impensius commendat. Septima
ideam proponit, quam, ut felicior à malo ad bo-
num transitus fiat, imitari oportet.



X. ANNOTATIO.

Posteriorum trium Hebdomadum
divisio.

Pro quarta die : ante primam meditationem.

Expiatus jam primæ Hebdomadis Exerci-
tium animus, & obfirmatus in proposito, faciendo
omnibus Sanctissimam DEI voluntatem, ad
finem suum magnis passibus progreditur, im-
elligit, non eam sibi obligationem solam rec-
bere, ut omnia DEI præcepta religiose ob-
vet, sed & consilia quoque DEI, ad sublimem
rem quamdam sanctitatis perfectionem vocan-
tis, sibi amplectenda esse. Proinde studium
jam curat penetrare, quænam DEI circa Peccati
actionis negotium erga se voluntas sit. Tam-
enim sufficiens de rebus, quæ præcepta, quæ
prohibitæ sunt, lumen habeat, nondum tamen
manifestè satis intelligit, quæ sit rerum in-
rentium, aut reiiciendarum, aut in usus
convertendarum ratio. De hoc ergo plura
cupit instrui, certus nimirum, hanc sibi medi-
am ad implendam exactius Divinam volun-
tatem, & majorem in finis sui prosecutionem
licitatem, necessariam esse.

His porrò rebus, quæ appellari solent

differentes, cum amœnæ admodum sint, & idcirco ad suam amorem vehementissimè humanam mentem pelliciant, necessariò affectus non eralligabitur, si lumen deficit, quo intelligamus, contrariam esse hujusmodi affectui Divinam voluntatem. Et quoniam semper ab illis continere nemo potest, utpote à rebus, quæ vel pro vita temporali conservanda, vel ad alium, DEO quidem acceptum finem, sint necessariæ; Deo certam habere regulam, hoc est, nôsse, quænam sit quoad usum hujusmodi bonorum Dei circa nos voluntas, sicut est perquam sublimis gratia, ita plurimùm ad perfectionem nostram affert compendij.

Diximus quidem post meditationem de Creatione hominis, in secunda nobis Hebdomada præstantem pro hac difficultate solvenda regulam suggeri, quod & planè fit. Observabis tamen, non ita propriam esse illam secundæ Hebdomadæ Exercitiis, ut non etiam ad terciæ hebdomadis occupationes pertineat. Sed quoniam secunda hebdomas prior est, quæ in hoc negotio nos instruit, placuit dicere, quòd ab hac potius, quàm à terciâ hebdomade regula illa, de qua sermo est, proficisci debeat.

Hæc porrò aliud non est, quàm Christi Servatoris nostri exemplum; Cujus vita cum in
omni

omni virtutum cultu integerrima sit, decet
que, eam nobis pro Perfectionis nostrae
servire, nosque in usu rerum indifferentem
moderari, ut à Christo virtutis omnis perfissi-
simo Exemplari discamus, quando vi rebus
lis, quando item ab iisdem abstinere, experiamur.

Hoc certè Salvatoris nostri exemplum
litus, tanquam omnis Perfectionis nostrae
la, concessum est, juxta quam, quidquid ad
tem nostram conducit, aestimare & amplecti
est. Illud nobis, tanquam fides aliquis Perfectionis
nationis nostrae comes, semitam, quã in
dum sit, ostendet; ut & omnem Perfectionis
obicem submoveamus, & intelligamus, quomodo
diu pergendum sit eo, quo cœpimus, calle
scamus denique, quæ proficiendi futura sit
post felicem omnium inimicorum nostrorum
interitum.

Hæc enim illa sunt, in quibus duce quodam
nobis opus est, ut ad sublimem aliquem gloriæ
gradum pertingamus, & opere compleamur
quod S. nobis Spiritus duabus his voculis impo-
rat: *Fac Bonum*. Quibus in verbis, quidquid
in reliquo Exercitiorum decursu acturi sumus
comprehenditur. Cùm ergo Dominus & Sal-
vator noster in enumeratis, quæ ad perfectionem
in virtute spectant, rebus Sanctissimæ Virginitatis
excipiat

exemplo nos dirigat, & quum est, ut tota, quæ re-
lat, Exercitiorum pars pro potissima medita-
tionum suarum materia Christi Domini & Sal-
vatoris nostri vitam habeat.

Istam verò cum S. Ignatio in tres partes, aut
hebdomades dividemus. Prima, quæ vitam
Christi usque ad passionem complectetur, viam
nobis ostendet, quâ incedere oporteat, ut certò
in Perfectione proficiamus. Altera passionem
ipsam in plura mysteria distributam exhibens
docet, quousque in hac via procedendum sit.
Tertia quæ Resurrectionem, & gloriosam Sal-
vatoris vitam continet, ostendet, quantis passi-
bus cælum versus progressuri simus, si omnes,
qui obstare peregrinantibus poterant, inimicos
gloriosè extinxerimus.

Cœterum præsupponit hæc Perfectionis no-
stræ norma, quam S. Ignatius exhibet, verita-
tem istam: Efficacius ad magnos in perfectio-
ne progressus, & ad Divinæ in hac vita gratiæ, in
altera verò gloriæ incrementa quàm amplissi-
ma nihil esse, quàm vitam agere, Filij DEI san-
ctissimis moribus tam propinquam, ut, si fieri
quidem fas esset, planè conformis sit. Quæ qui-
dem veritas ita jam est manifesta & evidens, ut
fidem sine ullis porrò argumentis mereat-
ur, & digna profectò sit, quam S. Igna-
tius

tius tanquam fundamentum reliquorum
 citiorum constituerit.

Quod si tamen necesse est, aliqua
 ratione solidari, non aliud afferemus,
 quod in hoc discursu complectimur.
 DEO quàm perfectissimè suprema est
 nis in hac vita felicitas: vivere autem
 ratione Filius DEI in terris vixit, est
 DEO quàm perfectissimè; ergo vivere
 modo, quo DEI Filius in terris vixit,
 ma hominis in hac vita beatitudo est.
 mavis ita concludere: Servire DEO
 rimè, est viam ingredi, quâ certò ad
 mem gloriam pertinges; Christi vitam
 tari, est servire DEO integerrimè;
 Christi vitam imitari, est tenere viam
 quæ certissimò ad sublimem te gloriam
 ducet. Uterque porrò hic discursus
 idemque est: Idem enim valet: Viam
 nere, quæ ad sublimem gloriæ gradum
 cit; & supremam in vita felicitatem
 cum summum hominis in hac vita bonum
 non sit, nisi illo itinere ad cælum pergeris,
 quod si constanter terat, perventurus sit ad
 tissimum gloriæ æternæ decus.

Est autem hæc ratiocinatio ita extra
 dubij, vel erroris periculum, ut prima

ratio evidentiam suam ex meditatione de Creatione hominis habeat, ut in dissertatione primæ dei ostensum est. Non minùs manifesta est secundæ, quàm sit evidens Christum Redemptorem nostrum æterno Patri suo perfectissimè servivisse, nobisque ab hoc ipso Creatore nostro, tanquam nobilissimum sanctitatis exemplar esse datum. Cùm ergo præmissæ ita se habeant, necesse est, ut conclusio pari omnino ratione certa sit, & infallibilis, atque idcirco digna, quæ pro fundamento reliquorum Exercitiorum serviat.

Cùm ergo, quæ diximus, solidiori ratione firmari nihil admodum necesse sit, ad mysteria Redemptoris nostri gradum facimus, quæ in tres, ut dictum est, partes divisa sint, primam illorum partem secundæ hebdomadi, secundam tertiæ, & tertiam quartæ attribuemus.

Ita constituta ad mentem S. Ignatij Exercitiorum divisione restat, ut videamus, qua ratione in tres vias eorundem possit fieri partitio, quas generatim *Purgativam, Illuminativam, & Activam* nuncupant. Ea verò sic fiet: Prima Hebdomas, quæ ad Purgativam pertinent, complectitur; secunda & tertia, quæ ad Illuminativam; quarta denique ea comprehendit, quæ

quæ ad unitivam spectant. Prima enim Hebdomas à suis animam peccatis expiat, quod Purgativæ viæ officium. Secunda & tertia ad Cœlum & sanctitatem monstrat, quod Illuminativa facit. Quarta unionem cum Deo docet, sublati, quæ sanctitatem impediunt, & staculis, quod ad unitivæ viæ munita pertinet.

XI. A N N O T A T I O.

Finis secundæ Hebdomadis.

Pro quarta die. Ante meditationem.

Anima, quæ vult ad finem suum consequendum serio se jam conferre, nihil debet inquietius habere, quàm, ut viam noverit, quæ liciter illuc, quò pergit, possit attingere. Quæ quidem via, cum & cognitu sit difficilis, & processu, superni luminis roborisque opus præsidio, quò & illustretur, & firmetur in proposito novus viator. Et difficultas illa, quæ teritur, & cognoscitur hæc virtutum semper, cum ex naturæ, contra spiritum luctantibus, & tiosis propensionibus nascatur, sit, ut hæc quamdiu naturæ indulget appetitibus, nihil salutis suæ negotio prudenter decernere, sed præviter frequentissimè decipi soleat; ita ut in malum pro bono, & ex adverso bonum tanquam malum amplectatur.

Oritur nimirum hæc difficultas ex desiderio
quæ natura habet contra id, quod salutari-
tate congruit, reluctantia: et hinc accidit,
ut nemo virtuti seriò studere possit, quin in pri-
mo cum rebellibus, quibus ad vitia pellicimur,
consideris, ei necesse sit congregari. Quod si verò
aliquando dominator animus rationi &
affectus suos subjugaverit, tunc enim ve-
lo placida tumultui succedet pax; & cum nihil
retardare gressum valeat, magnis
quotidie passibus in virtutis itinere ad sui cum
unionem decurrit.

Atque iste animæ, ab impedimentis perfe-
ctionis liberæ, status ad unitivam viam perti-
net, quam quarta Hebdomas considerat. Huc
postquam se erexit anima, læta currit,
et volat potiùs in amplexus DEI sui, illis ad
affectibus se elevans, qui ab amore purissi-
mo, & omni commodi sui spe vacuo solent
faci. Id quod facit, ut brevissimo temporis
spendio profectus faciat amplissimos, tan-
tum nimirum quotidie progressa, quantis eam
horibus Deus ad felicissimam secum unionem
perducit.

Sed antequam ad hanc felicitatem assurgat,
et priùs affectuum intemperantiæ moria-
ne necesse est, se sequere Divinæ voluntati quàm
U u tince-

sincerissimè submittat: id quod cum peccatis
jure ad tertiam hebdomadam pertineat, hanc
ipsam ob causam proximè quartam præcedere
debet.

Jam ut moriamur nobismetipsis, & impetu
rebellis naturæ vitiosos impetus domemus, & impetu
gnare prius contra eosdem opus est, & leuiter
ita illorum infringere violentiam, ut ratio
imperio in rebus minùs arduis obsequi con-
scant. Ad quod omnino necesse est, ut peccata
cognoscamus, quæ potissimum illa sint, in
bus aduersari oporteat indomito appetitu
verò ipsum est, quod secunda nos hebdomada
cet, proposita ad imitationem Sanctissimæ
demptoris nostri vitæ, tam privatæ & occultæ
quàm publicæ, & prædicationis, atque magisteriorum
lorum frequentationibus illustri: Ut inter
scilicet hoc Sanctitatis Exemplar Vitæ
stram eidem tanquam Ideæ conformemus, & imitemur,
que ita veræ sanctitatis iter ingressi, magisteriorum
sibus ad virtutis absolutum decus progrediamur, & imitemur.
mur. Et hic est secunda hebdomada, & imitemur.
Quæ ipsa & hoc agit, ut & de genere vitæ
plectendo, & de quavis particularium actuum
ratione nos edoceat.

Genus quidem vitæ illius nobis proponitur
quod Christus Servator noster sequi volumus, & imitemur.

XI. Annot. Ordo secunda Hebdom. 675

nam utique perfectissimum, postulatq; ut illud
Nicodemi sermō, & ex animo dicamus: *Sci-*
us, Domine, quoniam à DEO venisti Magister.
singulares autem actiones, ut videamus, num
virtutis summam integritatem nos ducant,
nami Salvatoris nostri sanctissimis operibus
comparari vult, quas idcirco tam pensulatè
considerandas proponit. Ad quod etiam maxi-
mè servit, si Divini Spiritus motus, & lumina
decernamus illarum regularum ope, quas à
Ignatio concinnatas eadem hebdomas pro-
ponit.

XII. ANNOTATIO.

Ordo secundæ Hebdomadis.

Pro quarta die. Ante primam meditatio-

In primis nobis proponit Christum Redem-
ptorem nostrum, invitantem omnes ad arma
belli, cum ingenti bellantium lucro, capien-
tes, quâ in re robustissima nobis motiva enume-
rat, Perfectionem studio impensissimo sequen-
tes. Tum primas sanctissimæ vitæ ejus actiones
nobis proponit, tanquam morum nostrorum
regulam. Deinceps eundem nobis quasi Belli
duxem ostendit, qui sub vexillo suo omnes
ad virtutis studiosos colligat. Id quod fecit

U u 2

DEI

DEI Filius, cum triginta jam annorum tunc
vivendi genus instituit sequi, quale antea non
hominum unquam professus est. Quò per hoc
quidquid à Baptismo ad Passionem usque sum-
gessit, ad Humilitatis excellentissimæ rationem
exactum.

Secundæ igitur Hebdomadis meditationes
erunt: prima, quæ de Regno Christi, tum illius
quæ de ejus Incarnatione, Nativitate, Circum-
cisione, Præsentatione, Fugâ in Ægyptum,
professione in Hierusalem anno ætatis duode-
cimo, & demum de reliquis ad trigésimum usque
que annis instituentur. Nona erit de duobus
vexillis. Decima de tribus modis Humilitatis.
Ultima de tribus Classibus.

Postrema hæc non est de aliquo vitæ Salu-
toris mysterio, eo tamen sine à S. Ignatio pro-
ponitur, ut animum, qui de abiciendis amoribus
Christi temporalibus bonis deliberat, ad aliquam
hac in re statuendum juvet. Ad quod perquam
est idonea, sed & eò conducit, ut, quidquid de
Perfectionem pertinet, natura utcumque
pugnante, fortiter amplectamur. Unde per
Coronide illius Diei præscripta est, quæ de
duobus Vexillis fit meditatio, manifestè satis de
rerum omnium abdicatione, & Pauperis Christi
in summa paupertate sequelam nos invitans.
XIII. An

XIII. ANNOTATIO.

Quid potissimum in Christi vita discendum, imitandumque sit?

Pro quarta die : post primam meditationem.

Quemadmodum æquum omnino est, ut desiderium habeamus flagrantissimum, discenda, quæ Servator noster docere nos non designatur. Ita idem Divinus Magister optat, ut, cum incapaces planè simus, totam, quam tradidit, doctrinam hauriendi; illis saltem imbueamus animum, quæ plus habent ad salutem nostram ponderis. Divinus enim, ut dixi, Magister est, neq; alio fine toti orbi patere vult, quam aperire, scholam suam, nisi ut omnes ad instructionem confluant; sed veluti in omni virtutum disciplina sublimis est, ita de singulis altissimas portus, & Divinas doctrinas tradidit.

Atque hæc de omni virtutum genere, de quæ tota perfectionis, quæ patet, latitudine doctrinam amplissima sit, & infinitæ, utpote quæ à tanto Doctore proficiscitur, sublimitatis; inde sit, ut debile & angustum, quale nostrum est, ingenium, integram planè capere nullo modo valeat, & necesse proinde sit, illam nobis partem ex toto illo cœlestis Magisterij pelago secernere, quæ plus ad profectum nostrum momenti adferret.

Uu 3

Duo

Duo igitur sunt, quæ in hac Electione p-
denter atque fructuosè faciendâ usui esse p-
sunt. Primum est, ut ipsas virtutum indoles
tentè inspiciamus. Ubi cum deprehendimus
quasdam moderandis vehementibus, & cum
majore salutis periculo furentibus natura
deris idoneas esse, alias temperandis man-
rioribus ejusdem motibus aptiores, recte
tuemus, primas utique curas impetuosis illis
petitibus deberi, unde frequentior aut lapsus
aut saltem vacillatio. Neq; enim tolerabilis
set imprudentia, leviores defectus ita sedulo
vere, ut in graviora libero & effreni quod
impetu præceptis proruas: præsertim cum
sit, illa edomare, quæ minus ad lapsum
illucij, postquam eas animi propensiones
temperaveris, quæ in momenta ferè singula
trices voluntatem sibi quodammodo man-
patam tenent.

Alterum est, ut in cœlestis Magistri
doctrina sedulo consideremus, quæ nam
potissimum virtutes sint, quas & frequentius
prodigiosius exercuit. Cum enim sapien-
tius infinita sit, & amor erga nos perque
comprehensus, facilè nobis persuadebimus
quentiorem fuisse & efficaciorẽ de illis
tibus doctrinam, quas utiliores nobis intel-

ideo tenerius à nobis diligi, & studio impensiore comparari voluit.

Jam ergo ut de potissimis, quibus in malum quodammodo rapimur, inclinationibus loquamur, ternæ illæ sunt, fortissimæ omnis perfectionis remoræ; amor scilicet voluptatis, amor honorum, & amor denique propriæ nostræ voluntatis, qui mentis importuni motus, cum contra rationis leges se se erigant, triplici item virtutis operâ coercentur; paupertatis nempe, humilitatis & obedientiæ. Obedientia enim ita voluntatis nostræ motus temperat, ut Divinis illam & legibus & nutibus subjectam teneat. Humilitas ita honoris appetitum corrigit, ut neque desideremus, neque toleremus etiam aliis in veneratione esse, nisi DEI id præceptum à nobis exigat. Paupertas ita deliciarum amori adversatur, ut omni nos opum possessione exuat, tanquam unico scilicet, ad delicias vitæ hujus comparandas, instrumento; & hac demum ratione promptos, ad toleranda quævis incommoda, quæ paupertatem ferè semper comitari solent, efficit. Tametsi enim paupertas grande ad humilitatem obtinendam compendium habeat, ut in meditatione de duobus Vexillis manifestum erit; quia tamen non adeò necessario humiliationem post se, & quasi in comitatu trahit,

hit, sicut assiduam incommodorum toleran-
 tiam; cum pauper esse quis possit, & honorari
 tamen, non autem pauper quispiam futurus
 ut non idem commodis illis, quae opibus
 juncta sunt, carere debeat: ideo malui pauper-
 tatem amori deliciarum, quam honoris appetitum
 tui opponere. Et hoc in sensu paupertatem
 lo intelligi, de qua in meditationibus de
 & Passione Christi termo erit. Hoc item
 sensu eam sumens jam nunc concludo, &
 ro, trium harum caelestium virtutum, obedientiae
 entiae scilicet, humilitatis & paupertatis
 dio in omni perfectionis disciplina tantum
 profecturos, quantum pro Divinae gratiae
 ta mensura licebit progredi. Cum nihil ut
 quin DEO fiamus proximi, impedimento
 turum nobis sit, si neque deliciis hujus vitae,
 que honoribus, neque nostrae demum voluntate
 us arbitrio affixi haereamus.

Et haec eadem virtutum trias est, quam
 frequentius, & modo excellentissimo Redemptor
 ptor noster exercere voluit, ut Evangelica
 dem gesta testantur. Nobis utique docum-
 to ut esset, quanti facere nos oporteat virtutum
 illarum studium, quas per omnes sanctissimae
 vitae suae actiones Divino quodam modo
 stantissime exercuit,

Sanè, ut ab obedientia ordiamur, tanquam
illa, quæ principatum in hoc virtutum cho-
obinet, ita eam Servator noster nunquam
non coluit, ut de se ipso asseveranter fassus sit,
nisi se, ut voluntatem Patris sui faceret. Sed
neque facere quidquam voluit, nisi quod fieri
eterno Patri placuisset, quamvis res operari
posset, longè iis, quas egit, excellentiores.

Non minùs in eo assiduom fuit humilitatis
exercitium: quamdiu inter nos conversatus est,
omni illo gloriæ, qua semper fruebatur, splen-
dore privatus esse voluit, quamvis à primo Con-
ceptionis suæ instanti eo donari jure debuisset
serenissimo. Præterea in nulla unquã re, quoad
sua, singularis apparere sustinuit, injurias &
contemptus tum prædicationis, tum passionis
tempore passus est innumerabiles, opificium ex-
ercere voluit carpentarij, & vitæ denique ra-
tionem tenuit obscurissimam, quando in Re-
giz Majestatis nitore, toti mundo poterat esse
spectabilis.

Idem denique & paupertatis fuit in illo stu-
dium: ita se passim gessit, quasi nihil in rem ul-
tam haberet dominij, totum id vel aliis relin-
quendo, vel nullum saltem usum sibi permic-
tendo; cum tamen post DEUM rerum omni-
um supremum habuerit dominium. In magna
U u s rerum

rerum egestate vivens diurnum sibi victum proprio sudore comparavit. Hæc Regia virtus nascentem excepit, viventem non comitata est, adstetit in Cruce morientem ipsum usque sepulchrum secuta est; eum resurgente revixit; neque unquam destituit, quamdiu cum hominibus convivens dignatus est.

Alias equidem ad virtutes quod attingit, singulas idoneo tempore exercuit; sed tantam manifestam quodammodo profectum edidit, uti trium illarum, quas recensio quod nolim tamen de Charitate à quo intelligi. Scio, hanc principem, & commensuram omnium, quæ egit, quæque passus est, normam. Sed Divina hæc Virtus facilis scitur, S. Spiritus Magisterio animum spositum inflammante, quàm eorum, vator dedit externorum virtutis hujus mentorum contemplatione. Præterquam ad unitivam viam, atque adeò ad hebdomadam spectet, à qua longè adhuc mus.

Concludo igitur, & affirmo, in quod cura nostra in secundæ & tertie hebdomade Exercitiis intendi debet, id esse, ut à gloriavatore nostro Obedientiam, Humilitatem

superbiam ejus incomparabilem discamus, & aptè
indolem profundè penetremus, & aptè
omnem, quam super hac beata
nobis tradere dignatus est, doctrinam,

XIV. ANNOTATIO.

De Mysteriis Vitæ Christi & modo il-
lam meditandi.

Pro quarta die: post primam Meditationem.

Concepto jam proposito, vitam nostram Re-
ceptoris nostri vitæ, tanquam nobili virtu-
um idea conformandi, ad ejusdem singilla-
& partes, & actiones considerandas progre-
sumur, ut nostras aptè, quoad licebit, ei assimi-
mus. Sed quoniam omnes enumerare nō va-
potiores duntaxat seligimus, & quæ virtu-
um exempla nobis Christus ostendit, confi-
terabimus, ut affectus nostros quoad honorem,
deliciarum ac propriæ voluntatis amorem, ad
vitæ rationis normam in officio cohibere di-
camus. Quapropter studiosè discutiemus,
quales in Christo hæ tres animi fuerint propen-
siones, & quæ peritè illas amoris sanctissimi ma-
gis DEI gloriæ nunquam non subjectissimas
habuerit. Exordiemur autem ab Incarnatione,
in qua, ut & in aliis vitæ ejus mysteriis, confi-
terabimus, illum, tanquam æternam Patris Sa-
pientiam

pientiam, Regem & doctorem nostrum
tiffimè observantes, quid ut cœlestis Magister
doceat, quidque ut regum summus agat
instructionem nostram sit dignatus.

Ratio meditandi Mystera hæc in
tudine non videtur aptè futura talis, qualis
sim alioquin in libris, qui sacras hujus
commentationes exhibent, legitur. Distin-
illi quodvis mysterium in certum punctum
numerum, & congruas ex quovis puncto
clusiones, atque affectus deducunt. Qui quod
modus expedire videtur pro meditatione
quæ per totius anni decursum fiunt, in qua
bene fit, si omnes virtutum actus, quos in
gulis mysteriis Salvator exercuit, considerentur
Nunc verò ubi propositum nobis est, ut
duntaxat virtutum accuratiorem cultum
qui, ut ampliùs in eo scilicet proficiamus, magis
salubrius nobis, magis que necessarium est
rùm nobis consultum videbatur, alias
tutes hinc examinare, quàm tres illas nobis
liari modo propositas, cum periculo animæ
ne fructu in nimias cogitationes effundantur
& voluntati eos affectus imperandi, qui
quos ad trium illarum virtutum amorem
ciffimos esse volumus, penitus infirmarent.

En tibi illam igitur hæc mysteria medita-
rationem, quam S. Ignatius præscribit. Totum

primis, quod contemplari est animus, myste-
m ita proponit, ut totum uno intuitu, velut
tabula, aut tapete quopiam expressum spe-
etur. Post primum, quo collectim omnia
uemur, contutum, singula voluit accuratiùs
fici, & idoneum inde fructum elici, hac ferè
one.

In Primo præludio (quod propriè ad me-
riam pertinet, ad simplicem quamdam my-
ri cognitionem) totum historix, prout ac-
qui, complexum vult includi. Factâ deinde in
undo præludio loci compositione, atque gra-
DEO pro fructu congruo reportando po-
tata, in primo puncto personas, quæ in my-
stio interveniunt, & harum intentiones, affe-
ctus, proprietates considerat; eas inde conclu-
ones deducendo, eosque in voluntate motus
citando, quos sibi meditans utiliores depre-
nderit; singulari tamen studio practica qua-
m proposita imitandi, quod in Salvatore vi-
s, procurando. Inde ad alterum punctum pro-
ceditur, cui mentis & oris verba attribuit, quæ
personæ proferre potuerunt aut habere: &
que ad tertium pergit, in quo totius myste-
rionem considerat, simili ratione ex utro-
que hoc puncto ad suam utilitatem propositas
conclusiones & affectus eliciens. Ad finem ora-
tio-

orationis colloquium subjungit, quò appropinquat
minetur Meditatio.

Hæc meditandi ratio de Contemplatione
quid admixtū habet, in qua mens totum
nis temp^o in unius objecti intuitione non
rupta consumit, ut si corporeis oculis quicquid
spectandum habeat. Neque dubium est, quomodo
cellens sit hic orandi modus, utpote quem
Ignatius à Divino Spiritu edoctus fuit;
tamen universim illis mentibus convenire
detur, quæ nondum factis promptæ ac per
sunt, DEI vocantis nutus & intelligendi
quendi, sed ad id humano quodam ductu
gent, ut tempus orationi præscriptum fru
sè transigant; ideo non ita integrè huius
tandi modo nos adstringemus, ut non alium
quemdam subungi posse putemus, qui magis
quodammodo inter communem illum, & quod
modò ex S. Ignatij mente proposuimus, fuerit
fit. Tria quidem & nos cum S. Ignatio & quod
ponemus puncta: sed ea non tres mysterij
versas partes (ut communiter assolent) con
nebunt; sed cuiusvis omnes mysterij partes, ut
Ignatius præscribit, includemus. Ipsa tamen
puncta non cum S. Ignatio in personas, virtutes
& actiones mysterij dividemus, sed ad notandum
scilicet propositum in tres illas virtutes meditando
imitamur.

ationem partiemur, quas à Servatore nostro
discere animus est.

In hoc tamen à S. Ignatio nihil discrepabi-
mus, quòd ampliori aliquo discursu ad con-
solationes & affectus concitandos non sit futu-
rum opus, sed, quòd sola doctrinæ cœlestis Ma-
gister nostri, & actionum regis nostri conside-
ratione convincendus sit animus, ad congruos
affectus & animi decreta ex proposita meditati-
onis materiâ deducenda. Et hæc nimirum est
illa cum exiguo discursu orandi methodus: ob
quam S. Ignatius meditationes quandoque su-
per contemplationes nuncupare solet.

Sed eni tibi brevem de hac meditandi forma
doctrinam aliquam. In oratione præparatoria
DEO te offeres, & rogabis, ut omnes vires, fa-
cultatesque tuæ, toto orationis tempore ad ejus
honorem dirigantur, & fideliter laborent.

In primo præludio totum mysterium, vel ut
in sacro textu recensetur, vel ut certò alioquin
accidit, ob oculos ponitur.

In secundo præludio fit loci compositio, pro-
prietate, quæ accidit, vel personæ, de qua meditate-
ris, diversa ratione.

In tertio gratiam flagitabis, qua profundè
sanctissima obedientiæ & paupertatis exempla,
quæ Redemptor noster edidit, penetremus, &
imitari omni studio conemur.

In

In primo puncto Considerabis obedientiam Filij DEI. Conclusio, quam inde deducitur, hæc esto: cum Magister sit Christus, litus ad instructionem nostram demissus, acquiescere ejus doctrinis decet. Cum Rex Imperator noster sit, ergo fideliter pugnatum socios oportet nos esse, ut & triumphari simus participes. Affectus erunt contentiæ, laudis, desiderij, gaudij, &c. ob incomparabilem obedientiam; & e contra detestatio, fuga, tristitia, &c. ob inobediam nostram. Et tandem postulatio, desideratio nostri oblatio, & decreta animi firmissima sequendi deinceps integerrimè, ad exemplum obedientissimi Regis nostri.

In secundo puncto humiliations Christi considerantur, & conclusiones inde, atque affectus, ut in primo puncto factum est, deducuntur.

In tertio puncto Paupertas Redemptoris ejus dolores, ac, quæ passus est, incommoda ditanda veniunt; è quibus conclusio & affectus prout in duobus prioribus punctis factum est eliciuntur.

Obedientia principem, ut vides, locum obtinet, quia & paupertate & humilitate prælatior est, utpote quæ impedire harum actus potest.

est, & à nulla tamen earundem impediri; cum
nil tam bonum sit, quod ab implenda DEI
voluntate impedire nos debeat, sive
facere Divinae bonitati amplius velimus, sive
profectus nostri spiritualis augmentum, & glo-
rie in caelo incrementum attendamus. Humi-
litas Paupertate nobilior est, tum quia fortio-
rius habet, quem conficere debet, hostem; tum
quia Paupertas ad humilitatem animum dispo-
nit, ut in meditatione de duobus vexillis liquet:
ergo est hac ignobilior. Ad reliquas virtutes
salvatoris quod attinet, possunt & illae in confi-
derationem venire, sed ita tamen, ut major tri-
bitum istarum, quas proposuimus, habeatur ratio.
Conclusiones & affectus, quos ex quovis pun-
to elicies, omnes, vel mediatè, vel immediatè
salvatoris imitationem respicient: quando hac
primus est, & secundae, & tertiae Hebdomadæ
scopus. Diversa autem eorum erit ratio, pro
varietate, atque instinctuum Divinorum varietate.
Neque reprehenderim ego facile, si certam
seriem affectuum horum constituas, ut or-
dinate illos in quavis de vita Redemptoris me-
ditatione elicias.

Si quis est, qui putet tam frequentem Obedi-
entiae, Paupertatis, atque Humilitatis conside-
rationem insulsam tandem, ac infructuo-
sam

sam fore: illi ego exemplum oppono tum S. Ignatij, tum aliorum etiam, qui idem sapius & sapius meditando repetunt. Deinde rationem etiam addo, quæ me permovet, ut hunc meditando modum amplecterer, & est ista: Constat illius est, accuratè, & quasi per otium virtutes penetrare, quæ tam adversæ sunt rebus naturæ motibus, tamque efficaces unâ, ad ducendos, consultius, inquam, est, totum in considerandis tempus insumere, quàm in plures illud partes secare, ut plures Christi virtutes editemur, non relictâ, nisi unâ tantum tempore eaque modicâ portione, quâ regias illas virtutes contemplemur. Quot enim, obsecro, & quæ sunt, qui per omnes Salvatoris nostri virtutes vagati, parùm aut nihil inde profectûs commiserunt, quia nullius ex omnibus, quas peritatorie quasi meditati sunt, indolem, atque persistentiam satis penetrârunt.

Quid, quòd si attentè rem cogitemus, quàm S. Ignatius proponit, orandi methodum nihilo sanè minùs obnoxia sit fastidio, quàm ea, quam nos adscripsimus. Nam duodecim vel dies integros secundæ Hebdomadi assignat ternas quotidie repetitiones jubet fieri, quæ scio, an non ut minimùm tanto fastidij per-

...nt obnoxia, quanto illa, quam præscripsimus,
...urundem virtutum repetita meditatio.

Sed nempe rationem oportet intueri, quæ S.
...gnatio tam frequentes earundem rerum Me-
...ationes persuasit; quæ est, quòd frequenter
...opus sit intueri, si quidem accuratè mens est co-
...oscere id, quod uno intuitu difficile est pene-
...are. Cùm ergo admirandæ hæ Redemptoris
...oltri virtutes sanè quàm arduæ sint, atque ex-
...allentes, utique ut frequentatis considerationi-
...inspiciantur, dignæ sunt. Præterquam quòd
...onatum mentium non infrequenti experi-
...ento constet, eos, qui virtutis vel modicè stu-
...osi sunt, non longis in oratione discursibus in-
...gere, sed tempus omne longè saluberrimè in
...as animi affectiones insumere.

Quòd si frequens eorundem affectuum ite-
...no ingrata cupiam videtur, non prohibetur
...cum aliis permutare, vel certum aliquod ver-
...ulum adungere, proprium peculiari ratione
...materia, quam meditatatur, oculos semper in
...edemptorem nostrum reflectendo, hoc vel il-
...Obedienciæ, Humilitatis, Paupertatis aut to-
...stantiæ actu occupatum.

XV. ANNOTATIO.

Considerandos prius esse tres Modos
Humilitatis, quàm meditatio de tribus
Classibus fiat.

X x 2

Pro

Pro sextadie : ante meditationem de tribus modis Humilitatis.

Verum est, quòd S. Ignatius meditationem de tribus modis humilitatis illi postposuit, quam de tribus classibus scripsit, non tamen circo rectè arguitur, ipsum etiam voluisse, priùs meditatio de tribus classibus fiat, quòd triplex modus humilitatis expendatur, hanc ipsam rationem concedere velimus Ignatium voluisse, ut consideratio de tribus modis in fine primùm secundæ domadis post omnia vitæ Christi mysteria si quidem illam duodecim dierum meditationibus, quibus secundam Hebdomadam vitæ, subjunxit. Eset autem alienum ab ratione, tamdiu ignorare veram humilitatem, cujus exactam habere notitiam nostrâ interest, ut intelligamus, quæ futuræ creatoris nostri humilitas, dum profundissimè illos, quibus hanc virtutem nobilitavit, animo volvimus. Quin & ipsismet S. Ignatius verbis & proposito repugnare, ut jam ostendimus.

Tertiâ in primis annotatione, quam de humilitatis modo præmisit, conceptis verbis aperit, quòd, antequam electionum materiam ingrediamur, ut ad capeffendam geramus

Christi doctrinam affectum nostrum disponamus, apprimè juret considerare, ac per diem totum revolvere identidem tres modos humilitatis. Et annotatione secunda paulò antè ait, inchoandam esse electionum discussionem post primam meditationem, quæ fit quinta die. Necessarium itaque est, ut integra antè die consideratio de triduo modis humilitatis peracta sit, quæ alia esse non potest, quàm dies quarta, quæ sufficit quater obire meditationem de duobus vexillis; hac lege, ut animus singulis horis illius diei (exceptis illis, quæ meditationibus debentur) sedulò occupetur expendendis tribus humilitatis modis; voluit præinde, ut tres humilitatis modos sedulà cogitatione examinemus, antiquam meditationem de tribus classibus obtemperamus, quæ ad finem quartæ primùm diei fieri solet.

Deinde constitutum erat S. Ignatio, maximam nobis humilitatis æstimationem conciliare, atque idcirco meditationem de duobus vexillis elegit, consequendo huic fini summo opere idoneam; hæc enim humilitatem, velut unicum scopum proponit, ad quem oculos, animùmque continuo obtutu obvertere debet, quisquis sub vexillo Christi stipendia mereri cogitat. Ut autem ad genuinam humilitatem, &

Xx 3 hac

hac promovente ad omnis boni apicem elob-
 ris, necesse omnino est, ut ambabus, quod a
 ulnis paupertatem, rerumque humanarum
 contemptum amplectaris. Quod ut profunde
 us in animum descenderet, præscripsit S. Ignatius,
 ut meditatio de duobus vexillis, una eadem
 que die quater perageretur, satis gnarus,
 veluti clavo conceptam ex tam frequentis
 titutione, humilitatis æstimationem ita animo
 figi, ut, quæ deinceps hac magistrâ concipi-
 mus proposita, facili negotio non dissipetur.
 Ex quibus patet, quantopere necessarium sit
 mente S. Ignatii, tres humilitatis modos
 recolere, ut nimirum agnoscamus discrimen
 veram inter & fucam humilitatem;
 musque illam prosequi, quæ tantopere
 commendatur. Et quandoquidem quartæ
 secundæ septimanæ affixit meditationem
 duobus vexillis, pronum est coniecere, ipsam
 etiam desiderasse, ut eâ ipsâ die meditatio
 que de tribus humilitatis modis obiretur.
 enim aliàs voluisset, ut intra ejusdem diei
 sum frequenter admodum hos ipsos tres
 litatis modos memoriâ repeteremus, & ad
 casum diei denique meditationem de
 classibus faceremus; quod ipsum argumentum
 nobis est, S. Ignatium præclare intellexisse,

considerationem de tribus modis humilitatis præmitti, atque tum demum meditationem de tribus classibus fieri debere.

XVI. ANNOTATIO.

De Humilitate.

Pro sexta die post meditationem de tribus modis Humilitatis.

Triplex hinc occurrit quæstio ad humilitatis considerationem pertinens. Prima est, qualis Salvatoris, & sanctissimæ ejus Matris humilitas fuerit. Altera, in quo nostra humilitas imitari possit humilitatem Filij DEI. Tertia, num in eo sensu hinc de humilitate loquamur, quo tam in secundo puncto meditationis vitæ Christi accepimus, & quo illam accipiemus in secunda meditatione de Redemptoris nostri Passione, quando considerabimus JESU morientis humilitatem. Ad singula breviter respondeo.

Humilitas ergo Salvatoris & beatissimæ Matris ejus alia non fuit, quàm illa sit, quæ ex tertio puncto meditationis de tribus modis humilitatis apparebit. Erat nempe serius quidam & sincerus amor, quo se annihilari quodammodo volebant, quòd id naturæ suæ nihilominus mereri intelligerent: (de filio cum loquor, naturam ejus humanam intellige) & hic scilicet amor,

amor, ille fuit, qui persuasit, ut cum voluptate
& gaudio omnes vilipensiones, & contemp-
tiones admittent, qui Deo annuente ipsis acciderent.

Et Humilitatis quidem hujus exercitatio, in
in mortali adhuc vita obita, tam sunt man-
ifesta, ut inutile sit illas enumerare. Majus vi-
detur dubium, quales Sanctissimæ hæ Personæ hu-
militatis actus in gloria exerceant. Sed ne-
cessario hos difficile est reperire, maxime, cum in
incomprehensibilem Salvatoris humilitatem intueri
quam in SS. Altaris Sacramento exercet; in
tam paucis cognitus, à multis offenditur, ut
nil de flagitiosis illis sathanæ ministris, ma-
gisque dicam, qui Divino hoc mysterio,
scelera prorsus infanda non raro abutuntur,
quod utique ad stupendam gloriosi Redemp-
toris humilitatem pertinet, quæ ille omnes has
jurias & contemptus acceptat, ex nihili
suae humanæ consideratione, quæ sicut
rem meretur infinitum, in quantum cum
no VERBO conjuncta est, ita, si secundum
consideretur, nihil est, & nihil meretur,
conqueri de contemptibus, quos patitur,
Ecce exercitium sanè nobile humilitatis
demptoris tui, sedentis in gloria Dei Patris.
Num & gloriosæ Coelitum Regine hu-
militatem jam placet intueri? considera illam,

est, augustissimam, Altissimi scilicet Matrem,
 honoratam in Filij sui laudibus, contemptam in
 eisdem injurijs; & attende, quam promptè
 indignissimas sui vilipensiones acceptet, ut
 quæ in se, & de se nihilum se esse memi-
 nit, quamvis ex immensa DEI liberalitate Ma-
 ter sit potentissimi incarnati Filij DEI: acce-
 pit, inquam, has Filij sui injurias, in Matris
 respectum redundantes; quia intelligit,
 nihil sibi deberi excellentius, & hanc ipsam
 contemptuum acceptationem, cum justissima
 DEO ita disponenti peræquè sibi glorio-
 sum esse. Si quid ultra desideres, quod ad humili-
 tatem spectet, quam eadem optimi DEI Mater,
 in celo jam cum Filio regnans, exerceat, blas-
 phemias, si lubet, illas tecum enumera, quas pa-
 tur à Virginitatis suæ, à maternæ dignitatis,
 potentix, misericordiæ, & reliquarum perfe-
 ctionum flagitiosis hostibus. DEUM immorta-
 lem! quanta, quamque profunda in tanta Ma-
 ter annihilatione! plura reperies, si ut partici-
 pem injuriarum Filij sui illam consideres. |

Ut nihil jam de oblivione illa dicam, in qua
 sunt & Filius & Mater, neque cogniti, neque
 honorati à pluribus, qui tanquam subditi utri-
 usque Majestatem agnoscere, & revereri debe-
 rent. Quæ tamen attulimus, ad hoc sufficiunt,

X x 5

ut

ut intelligas, quàm profundè DEI Filius, & caris-
simissima ejus Genitrix se demittant, libenter
mè acceptando, quidquid contemptuum, & contumeliam,
providentiâ non impediente, illis irrogatur.
unâ tamen immensitatem gloriæ suæ proflu-
do, absque eo, quòd veræ humilitatis ratio-
bus advenentur, quâ magistrâ scilicet judicis
Augustam illam, in qua versantur, gloriæ
jestatem, nullis suis meritis, sed ab incognitis
summi Numinis bonitate sibi obtigisse, à quo
nihilò ducti, & ad tantam honoris celestis
nem fuerunt elevati. Atque ita amor gloriæ
amor charitatis est proprius, quâ & sibi, &
creaturæ gratulantur bonum illud, quòd
nifica DEI manu cuique impertitum est,
infinite scilicet bonitatis providentiâ, &
& in omnibus consiliis suis amabili.
amor non impedit, quò minùs debitas
suo abiectiones diligant, eosque contem-
cum gaudio admittant, quos, DEO permissis
te, vident sibi contigisse.

Ad alterum, quòd proposui, quæ sit
spondeo, humilitatem nostram, si quidem
Servatoris nostri Exemplum genuina sit, ut
esse, ut amorem nobis vilipensionis nostræ
suadeat, profectum ex nihilo nostræ confu-
sione, cum eo insuper, quoad morivum am-
pulerit
ormer
qua
bi qu
um. I
ncere

Filius, & licet
e, libere
otuum, d
rogat
suz pol
tatis r
icet ju
glorie
ab in
gisse, à
oris cel
or glori
sibi, &
quod
im est
tia, &
bili. E
ebitas
contem
D per
quæ
si quid
na fit,
nostra
cond
um an
hij

us, excessu, ut consideratis peccatis nostris,
memus, quæramus, & acceptemus cum gau-
dio, quidquid triste nobis, & adversum immit-
tur. Salvatoris enim nostri humilitas amare
adversas, tanquam peccatis suis debitas, non
evocuit, id, quod de Matre quoque purissima ve-
rum est, utroque scilicet ab omni tam originali,
quam actuali noxâ exempto. Id ergo, quod sum-
mum potuit, quoad hoc motivum, Filij & Ma-
tris hujus humilitas, hoc est, quod consideratâ
curâ suâ, tanquam ab Adamo descendente, li-
enter pœnas illas in se tolerarent, quæ pecca-
ta Adamo debite totum humanum genus affli-
gebant, quamquam nulla criminis ad sanctissi-
mas illas animas pertineret communio.

Quia tamen DEI Filius æterno se Patri in ly-
cæ pro nobis obtulit, ideo peccata nostra in se
propram Divinis oculis, tanquã propria suscepit,
seque tanquam pro suis debitis Divinæ Justi-
tiæ ad omne supplicium, nobis debitum ultro
obtulit. Quo in negotio sua ipsam humilitas
impulit, ut quæreret, & amplecteretur, quidquid
in mentorem æterno Patri placitum intellexit,
tanquam reis hominibus, atque ad eò tanquam
sibi quoque rei hominis habitum induto debi-
tum. Longè se aliter nobiscum res habet, qui si
hanc humilitatem colimus, dolores omnes &
æru-

arumnas à Divina nobis voluntate immittit, tanquam piaculares nostrarum offensarum vices dicitas, excipimus & amamus.

Denique ut & tertio quæsito satisfiat, in meditationibus de Vita & Passione Christi, humanitatis nomine intelligimus virtutem, quæ singulari modo amorem honoris, & fugam contemptuum moderetur; hîc verò in latiori sensu proponimus, quò se extendat ad omnem naturam, gratiam, & gloriam bonam, & ad omnibus his contraria mala, eaque sive privative, sive positive opposita. Humilitas ergo, ut hic describimus, talis est, ut ad plenam nosmet abnegationem promoveat, nobisque virtutis mori ita faciat, ut interimat potius, temperet amorem, quo propriam voluntatem nostram, honores, & delicias, ac opes seculi prosequi; quo fit, ut unà tres illas toties commendatas virtutes, quas in Vita & Mortu demptoris nostri contemplamur, comprehendat.

Proprie igitur humilitas illa, quam in meditatione de tribus modis humilitatis explicamus, ejusmodi virtus est, quæ ab omni proprio amore liberat, quæ omnem à creaturam ætium separat, & sic tandem ad omnium tantum cultum animos disponit, cum alia natura

unum, singulæ certi cuiuspiam objecti amorem temperent. Ex quibus omnibus satis, nisi fallor, intelliges, quàm sapienter S. Ignatius pronuntiaverit, humilitatem infallibili virtute minimum ad omne bonum disponere, utpote cuius beneficio omnis peccati causa, hoc est, omnis amoris proprii immoderata vivacitas tollitur.

XVII. ANNOTATIO.

De Electione.

Pro sexta die. Ante Considerationem.

Cùm vererer, ne injuriam & S. Ignatio, & religioso lectori facerem, si quæ breviter manibus ille mentium Magister pauculis admodum verbis de electione complexus est, ego imperitè aurius auderem deducere; hic metus pœne in modum me extremum impulit, ut nihil omnino equi propemodum statuerim de re, quæ in frequentissimis eventibus non potest non esse utilissima. Ut neutrum jure mihi quisquam exprobet, ipsa S. Ignatij super hac re sensa ita proponam, ut fundum tamen penetrare, & ad omnium, qui legent, intelligentiam explanare non contendam, certus, quòd, post multam etiam operam, agrè effecturus essem, quod penetrarem.

Est quidem hæc eligendi praxis, res ad frequenten-

quentem usum & salubris & necessaria, non
certo tantum accipiendo vitæ genere, quod
rumque non nisi semel fit, sed in quacunque
linquendi aliquid, aut servandi, omittendi
amplectendi occasione, prout consultius
dicabitur id, quod nemo est, cui frequenter
obtingat. Certum tamen perque est, rem
perquam lubricam, & potius ab homine
lustrato, vel sapientis directoris oraculo,
negotio adjutum iri, quam brevi quodam
pto, quod generales admodum ad peritam
& ionem regulas enumerat: id, quod illon
lo monitos, qui S. Ignatij præceptis in
beratione sua uti statuunt, ne sibi, nempe
quam satis est, in magni præsertim
electionibus confidant, sed tutius esse
tur, sapientis ac Religiosi viri consilio
scere, ne ab illa se veritate in obliquum
ci sinant, quam S. Ignatius in regulis suis
dit, infallibilibus quidem, sed non ita
omnium passim intelligentiam manifestis
terum cum instructiones illas, quas nobis
electionem sapienter faciendam tradidit,
mirari non debes, quod in primo eligendi
do deliberandum dicat de beneficio, aut
& non de statu vitæ aliquo, qui totum vitæ
pus complectatur: quod enim dixit

andum esse, si de acceptando Beneficio delibe-
re, quod impedimenta scilicet & emolumenta salu-
nostræ, ex acceptatione, omissione ve no-
proventura, idiplum studiosè etiam exami-
ndum tunc est, cum de vitæ statu aliquo in-
deliberatio instituitur. Sed ego ad prius,
modi dedi, monitum revertor, & modis omni-
suadeo, ut sapiens aliquod oraculum in gra-
culo, hoc quidem negotio audias.

XVIII. ANNOTATIO

Finis & ordo tertiæ Hebdomadis.

Pro septima die: Ante primam meditatio-

Postquam animus in via perfectionis, stu-
osa obedientiæ, humilitatis ac Paupertatis
ercitatione aliquousque progressus est, subo-
dubium illi quoddam posset, utrum porro
cessu sit progredi, neque contentus esse possit,
quod in harum virtutum praxi jam hacte-
posuit, studio. Quæ quidem quaestio aptè
modum ab amore illo, quem natura nobis
plantat, moveri videtur, quo vitam, sanita-
m, honores, & omnia hujus vitæ commoda
sequimur. Et justus aded ac sapiens hic
videtur esse, ut sanè iniquum fore quis ju-
bet, si adversari illi audeat, tametsi indubica-
tum

tum sit, cum, utcunque appareat innocens, ad peccatum nos inducere, vel aptum certitudinis fu
qui molestum profectui nostro ponat obice

In his ergo tenebris opportunam ducam
ti animo lucem tertia, quam auspicamur, he
domas offeret: Exemplum Christi Mor
exhibens, & docens, tenendam esse obedientiam,
humilitatis & paupertatis viam, donec
has virtutes in summa, qua fas est homini
cellentia consequaris, impendendo cum
tuo & vitam, & omnia vitæ bona, ut hæc
ra tibi compares, & hoc est, per quod
mas ista à secunda distinguitur. Hæc enim
incedendum sit, monet; illa, ut sine cunctis
aut subsistendi voluntate, assiduo labore
di pergas, animat.

Quòd si productius huic hebdomadi
liceret indulgere, illum utique ordinem
riorum teneremus, quem S. Ignatius
est. Sed cum constringere illam, & totam
sti Passionem in unam duntaxat diem
here cogamur, pulcherrima in primis
menta proponemus, quæ super excellen
illis tribus virtutibus (de quibus multa
nus, & frequenter dicta sunt) dignatus
dere, longius illa non prosequentes. Tum
meditationes exhibebimus; quarum prim

obedientia Christi morientis; altera de humili-
tate; tertia de Eiusdem paupertate; ac dolori-
bus futura est. Neque imprudenter ille faciet,
qui Passionem Christi in tres partes, tanquam
triduum meditationum argumenta, volet distri-
buere: quarum prima contineat acta post Cœ-
næ, usque ad Caiphæ iudicium; altera, quæ
acta sunt post deductionem ad Pilatum, usque
ad publicam Christi coram populo ostensio-
nem cum dicto: *Ecce homo*: tertia demum il-
la, quæ contigerunt post latam mortis sen-
tentiam, usque ad sepulturam. Non parùm ta-
men profuturam spero illam meditandi me-
thodum, quam ad considerandas eminentissi-
mas tres virtutes patientis Christi præscripta-
mus; siquidem studiosè illam secutus fueris.

XIX. A N N O T A T I O.

De modo meditandi Passionem
Christi.

Pro septima die ante primam meditationem.

Modus meditandi Passionem Christi talis
est, qualem in meditationibus de Incarnatione,
de Virginitate, & aliis occultioris eiusdem vitæ my-
steriis secuti sumus. S. Ignatij hæc erat metho-
dus; historiam sibi totam in primo præludio
proposuit. In secundo loci compositionem fe-
cit; in tertio proprium illi meditationi fru-
ctum

Yy

ctum

etum à DEO petiit. In primo puncto peribnas, in altero verba, in tertio actiones consideravit. Reliqua tria non sunt, nisi planior explicatione, quæ in præcedentibus continetur. Explicatio, vel potius applicatio discursus priora tria puncta: ex quibus practicas conclusiones vult deduci.

Hanc S. Ignatij methodum, quomodo secuti fuimus, ita in meditationibus etiam Passione amplectemur. In primo præludio historiam nobis in mentem revocabimus, in secundo loci compositionem faciemus, in tertio congruam meditationis argumento gratiam petemus. In ipsis punctis tamen non eundem quem supra, tenebimus ordinem, ut in primo obedientiam, in secundo humilitatem, in tertio paupertatem consideremus. Sed præ meditationem integram de obedientia, aliam de humilitate, tertiam de paupertate proponimus. In primo autem singularum meditationum puncto contemplabimur virtutis, in secundo consideramus, latitudinem, in tertio omnem illum adjunctorum circumstantiarum comitatum, unde nobis evadit virtus.

Et hunc in finem paulò nunc diutius præterea quædam Servatoris nostri de Divinis hinc sequuntur.

tribus documenta exequar, veritus, ne, si illa
suis meditationibus insererem, fastidium lecto-
pariturus essem. Duplici autem ratione de
hoc argumento loqui quis potest: vel cumula-
tim, scilicet simul omnia considerando, vel sin-
gula, aut potiora saltem pensulatiùs explican-
do. Nos utroque modo, si lubet, rem persequa-
mur.

Primo itaque moriens Salvator noster nos
instruit, quousque progredi debeat obedientia,
humilitas & paupertas nostra; hoc est, quous-
que crescere debeat pugnandi ardor, ut natu-
ram DEO, vel præcipienti, vel consulenti ali-
quid, integerrimè subiiciamus. Obedientiæ
hoc est officium, ut Divinæ voluntati om-
nem honorem, voluptatum, & eujuscunque rei
desiderium subiiciat. Humilitas autem peculia-
ritate honorum sitim, & contemptuum fu-
git ad Divinæ voluntatis legem temperat. Pau-
peritas denique eidem æternæ voluntati omne
voluptatum desiderium, & incommodorum
errorem consecrat.

Nulla verò est ex his virtutibus, quam Re-
surrector noster in sanctissima Passione sua non
summa perfectionis excellentia coluerit.
Obedientiam certè exercuit perfectissimè, cum
sequeretur hominibus despiciatissimis, ne-
quissimi-

quiffimis, iniquiffima fimul & triffiffima
 bentibus; unde in laudem tam fublimis
 dientia Divinus Spiritus effatus eft, quod
*obediens fuerit Filius DEI ufque ad mortem
 ad mortem autem crucis.*

Docuit item & exercuit humilitatem
 fundiffimam, cum summam crucis ignomi-
 am pro gloria fibi debita amplecteretur.
 quod commendat Spiritus Sanctus, dum
*humiliavit femetipfum, factus obediens
 mortem mortem autem crucis.*

Similis fuit & paupertatis excellentia:
 iis indigeret DEI Filius, quibus nemo unquam
 caruit, ea pateretur, quæ nemo unquam
 nuit. Huc pertinet illud, quod de feipfo
*Vulpes foveas habent, & volucres cæli
 Filius autem hominis non habet, ubi capi-
 um reclinet.* Et id, quod per Prophetam
videte, fi eft dolor ficut dolor meus.

Sed ad alterum de virtutibus his diffe-
 modum veniamus, & fingillatim exponamus
 mirabilem de hac virtutum triade doctrinam.

Obedivit DEI Filius æterno inprimis
 fuo, cum proficifceretur Jerofolymam illu-
 cidendus, cum in hortum proditori no-
 orationem fecederet, cum Judæ prodiret
 am, ejus exciperet osculum, fuorum hanc

tori impunè se permitteret, rapi, trahique, & modis indignissimis haberi se pateretur; cum deus denique Redemptionis nostræ in cruce consummaret, ut Prophetarum oracula impleret, ibique moreretur.

Obedivit ministris Jûdæorum, qui illum rapiabant cum immiti tumultu ad Annæ, Caiphæ, & Pilati tribunalia, qui tribus illius noctis, quæ captivam secuta est, horis, ignominiosissimè illum tractârunt, omnis generis tormentis cruciârunt, blasphemias in eum, tanquam DEUM aliquem commentitium, jaçârunt.

Obedivit Caiphæ per DEUM vivum ipsam juranti, & toti concilio interroganti, num Messias esset?

Obedivit Herodi, qui veste candida indutum Pilato ignominiosè remisit.

Obedivit Pilato, à quo sæpius extra prætoriam ad Jûdæos exire jussus, & rursus intrò ad prætoriam revocatus fuit; à quo missus ad Herodem, cum Barrabba collat°, & dimisso latrone ad populi votum, ad virgas damnatus, militum rapi permissus, ad populum in ludicra purpura, & spinea corona, arundinem manu tenens productus fuit; à quo imperitissimè frequenter interrogatus, & post sextam innocentia ejus pronunciationem, ex ignavo demum plebis

metu, ad crucem damnatus fuit; à quo etiam
 cùm damnaretur, innocens iteratò proclama-
 tus, hostium tamen suorum furori traditus, in
 cruce, quamdiu ipsi placuit, retentus fuit. Quo
 solo demum annuente sepultus, & in sepulchro
 additis custodibus, tanquam impostor servatus
 fuit,

Obedivit prætorianis Pilati militibus, qui
 herodem raptum, inde ad Pilatum retraxerunt,
 qui flagellandum nudârunt, ad columinam
 gârunt, immani barbarie flagellârunt, resumptis
 vestimenta jusserunt, ad illudendum cohortem
 scurrarum cohortem convocârunt, vestes
 fus exuerunt, joculari eum purpura texerunt,
 spinis coronârunt, arundinem in regni, quod
 affectaret, contemptum ei tradiderunt, sic om-
 tum positus genibus, tanquam mimicum
 gem salutârunt, alapis cæciderunt, sanctum
 mum ejus caput arundine verberârunt, specta-
 altè in caput intruserunt, sic deformatum
 Judæos spectandum extraxerunt, in prætorium
 retraxerunt, purpurâ exuerunt, suis vestibus
 ducerunt, onustum cruce ad supplicium rap-
 runt, crucifigendum nudârunt, in cruce expo-
 derunt, eidem affixerunt, affixum cum immo-
 impetu elevârunt, irriferunt, & tandem vesti-
 ejus inter se dividerunt, sortem in tunicam in-
 terarunt

à quo etiam
proclam
raditus, m
fuit. Quo
in sepulch
stor serva
tibus, qui
retraxerunt
umam
at, reser
dum tunc
vestes
ra texerunt
egni, qui
nt, sic con
imicum
sancti
unt, sp
rmatum
prætor
vestibus
cium rap
cruce ex
um imm
ndem v
unicam
seru

miserunt, DEUM, à quo derelictus erat, invo-
canti illuserunt, modis perquam variis blasphemias
miserunt, acetum sitienti obtulerunt.

Ecce habes paulò enucleatius personas illas,
quibus obedire dignatus est moriens DEI Filius!
Res ipsas, circa quas obedivit, ut uno verbo
omnes comprehendam, hoc unum dixisse suffi-
ciat, fuisse probrosissimas, crudelissimas, iniquis-
simas.

Jam humilitas patientis Jesu in singula fe-
re momenta crevit. Absens venditur, manife-
stè proditur, noctu ceu latro comprehenditur,
in summo imperante Pontifice. Annas, cum
non nisi privata tunc persona esset, cum ingenti
illam factu examinat, & verberari coram se, &
præsentem magno circumstantium numero per-
mittit.

Caiphas pro potestate coram pleniore Con-
cilio in ipsum inquit, accusatur à falsis testi-
bus, blasphemiam damnatur reus à tota circum-
stante corona.

Inter scurrilium famulorum manus, eorun-
dem crudelitati relinquitur. Petrus coram
omnibus cum juramentis & execrationibus il-
lum negat. Sub auroram rursus ad examen
cum majore ignominia rapitur, & denuo ut
blasphemus damnatur.

Totius Senatûs consensu ad mortem cruciatum
condemnatur, Romanisque, ut in eum hæc sen-
retur sententia, tradendus judicatur, quod po-
stas illa non penes Judæos esset, idque ad mor-
rem morituri infamiam.

Pilatus rursus ad se adductum interro-
gatur, principes populi accusant; intervenient
denuo falsis testibus, Herodes cum exercitu
missum ad se spernit. Hæc omnia contingunt
festivitate totius anni maximâ. Totius orbis
gentes, quæ ad Festum Jerosolymam conflux-
erant, inexpectato hoc eventû percussæ sunt.
Ex omnibus idcirco totius orbis angulis
prætorium concursus fit, & in densissima
multitudine populus congregatur. Reverentia
interea Jesus ex Herodis regia, contemptis
publica insignia secum gestans, quibus tanquam
stultum ornari Rex jusserat.

Reducem Judex insanum declarat; & hoc
ipsum ad ignominiam pertinet. Sed mox pro-
cipies populi, elatis clamoribus, ad mortem
eum deposcunt. Liberare conatur insanum
dex, sed non sine novo contemptûs argumen-
to. Nam ecce! furiosæ plebeculæ judicio,
cum infami latrone proponitur, libertati
sperabat Præses, præ homicida asserendus:
contrarium contigit. Insanum vulgus absol-
vit.

...onem, & auctorem vitæ tolli jubet, idque
...am furiosis clamoribus, ut demum homicidæ
...iam à Præside impetrarent.

Tunc primùm omnium ordinum furores
contra infontem DEI Filium se armat. Flagel-
latur enim tanquam homo perditissimus. Col-
locantur in unum prætoriani milites, & pro-
pria auctoritate, non exspectato Judicis aut de-
creti, aut permissione crudelissimè verberant,
etiam contemptum, & tormentorum mille for-
mas, quibus crudele hoc flagellorum supplici-
um auxerunt.

Spektandus in publicum producit, habitu
miserabili, sed cæca populi rabies ad cru-
entissimè iteratis clamoribus vociferatur, barbaric
que longè, quàm omne, quod adhuc susti-
tormentorum genus atrocior. Neronia-
num animum ad compassionem permovisset
& miseranda facies. Et si quid hominis adhuc in
corde fuisset reliquum impiis, vel bestia fuif-
set compassuri, si quàm tam barbarè excrucia-
tum spectassent. Sed frustrà est: quorum judi-
cio DEI Filius absolvendus producit, homi-
nem, quantus in corde latuit, omnem exuerunt,
diabolicâ rabie furiosi, nisi mortuum vide-
rent, quem oderunt gratis, non acquiescunt.

Ita ergo à summis, infimisque reprobatus in-

nocens Redemptor, tandem & à Præsede datus
 natur, neque ad aliud toties repetita innocen-
 tiæ testimonia, neque uxoris Pilati preces
 viebant, nisi ad maiorem mortis ignominiam

Sententiæ pronunciationem furiales
 clamores, novique contemptus excipiunt. Co-
 ce, quantumvis viribus planè omnibus ex-
 stus, oneratur, id quod crudelitas erat, & ju-
 stiæ adversa, & sine exemplo. Collabentem
 onere incussis ictibus propellunt, raptant,
 hūntque funibus ad infamem locum, sceleris
 simorum hominum supplicii destinatum.

Medium inter duos latrones educunt, & o-
 dium itidem tanquam utriusque ducem con-
 figunt. Quòdque solum adhuc furori satis
 go supererat, cum patientiam, quæ hæc omnia
 tolerabat, viderent, ut & verbis nocerent,
 phemias ingerunt, fel & acetum potandum
 ferunt, & omnium transeuntium cachinnis
 que cavillis exponunt. Cum rabies verò
 morte quidem satiaretur ejus, quem occidit
 jam sepultum, tanquam præstigiatores, & o-
 scipulos, ut impostores, infamant: eoque
 lio custodiam apponunt tumulo, ut Aposto-
 rum fraudibus caveretur.

Et hucusque scilicet Humilitatis am-
 crescere Salvator voluit, ut ignominiam

major ne fingi quidem potest, amplexatus sit, in innocentiam, inquam, quæ tantò ad dolorem acerbior, quantò plures erant eorum, qui eum indignè innocentem tractabant, quibus in confirmatione priùs longè maximâ fuerat.

Denique & summam DEI Filius in Passione sua paupertatem exercuit: sive deinde illam, in se est, consideremus; quòd nihil videlicet possederit, nudus in cruce mortuus, in precaria sindone, & alieno tumulo sepultus fuerit; sive etiam eandem secundùm proprios suos effectus observemus.

Omni enim vitæ mortalis commodo planè destitutus, dolores experiri voluit acerrimos, & longè communes paupertatis effectus excederent; cuius plerumque non est aliud proprium, quàm naturæ commodis egere.

Et sanè quantum ad hoc voluptatum desiderium in nobis extinguendum pertinet, doctrinæ reliquit admirabiles. Derelictus enim est aeterno Patre suo; omni interno animi solatio sua sponte se privavit, & tristitiam, quæ inferiorem animæ partem affligeret, admisit gravissimam; vires prodigiôsâ virtute conservavit, ut, quidquid tolerandum aeternus Pater voluisset, plenè exhaurire posset; sed neque ultimum ex homine admisit solatium, quin quòd

no-

novos inde dolores ceperit : tum ex sanctissima
in primis Matris suæ compatiens doloribus
tum ex discipulorum ignavâ fugâ, contra am-
ris utique, quem debebant, constantissimi præ-
cepta susceptam.

Tanta deinde passus est, toties hac illac
æus, & raptatus, alapis cæsus, flagellatus,
ronatus, arundine percussus, vestibus post
manem verberationem exutus, ponderosa
ce oneratus, clavis transfixus, cum mem-
rum acerbissima luxatione distentus, in
erectione ac plantatione succussus, sivi
sus calidissima, & sanguine prorsus omni
haustus.

Tametsi autem hi dolores magni san-
acerbi essent, incomparabilis tamen erat
quam in fundo cordis sensit tristitia, & hoc
omnibus suppliciis gravior, quòd DEI officen-
retur infinita Majestas, & tanta animarum
multitudo æternùm esset peritura. Et quoniam
conformis erat dolor amoris, quo æternum
trem, peccatis nostris offensum complexum
necesse sanè est, ut fuerit inæstimabilis. Neque
amor, odii, quo peccata detestabatur, ma-
ra erat, & cum odii ratione etiam dolor
æus est; quàm ergo omni æstimatione
major fuerit afflictio illa, quam ex æterni

is unice dilecti gravissimis offensis non potest non sentire amantissimus tanti Patris Filius?

Potest præterea ad hos Christi dolores revocari, quidquid ab hominibus, dum inter nos vitæ, passus est; quæ proinde omnia sunt ejusmodi, ut aptè ad paupertatem reduci possint. In dubitatum enim est, si DEI Filius cum illa dignitate, & titulorum, opum, comitatûs, potentiaque Regiæ Majestatis, mundo spectabilis vovisset vivere, nullum utique futurum fuisse tam desperatæ vecordiæ, qui aut facto aut verbo indignius tractare auderet cœli, terræque Dominum: atque adeo procul sanè fuisset abfuturus ab illo despicabili nimium statu, in quem paupertas, quam amplexus est, eum redegit.

Adde his omnibus invictam Redemptoris patientiam, quam in omnibus tormentis cum servaret, aliud apud hostes suos, odio penitus incandescentes, non effecit, quàm ut semper iidem, hoc est, nunquam non furiosi, & ad nocendum extinctâ rabie ardentes essent.

Et hæc tandem sunt, quæ cœli, terræque Dominus dignatus est agere; hæc, quæ demissus ad salutem nostram ab æternò Patre Magister docere nos voluit; ad quæ mentem servare vigilem, attentamque convenit, moresque etiam

etiam meos ad illorum imitationem compo-
re. Curabo igitur omni, quo fas erit, studio,
illos in voluntate affectus excitem, ad quos
sentio summopere excitari.

Sic ergo mecum statuam: omnis, quam in
quidem vita obtinere fas sit, felicitatis summam
in hoc sistere, ut Regias has virtutes quàm
pensissimè commendatas mihi habeam, nec
in domo DEI, in Redemptoris mei Ecclesia
tæ conditionem aliquam nobiliorem esse, quàm
illam, quæ obedientiæ, humilitatis atque patri-
tæ studiosa est. Quid enim? an excellens
aliquod vitæ genus esse possit, quàm illud,
quo æternus Pater Unigenitum suum pro
quem non solum amplius, quàm omnes
creaturas dilexit, sed tanto amore, quanto
ipsum, complexus est?

Cùm indubitatum itaque esse judicem,
Filios DEO peculiari modo caros numerum
non posse, qui sub ejus obedientiâ exactissimè
non vivunt, & quibus adversi nihil, nihil
humilientur, accidit; ideo hæc omnia tanquam
pretiosos DEI favores æstimabo, amabo
& desiderabo, votis omnibus hoc contendam
ut cælestibus his gratis ad salutem meam, ut
placitum fuerit, nunquam non utar. Consi-
derabo me Divinæ Majestati ad Divinas has opor-

animo ad illarum adorationem prono, cum gratiarum actione recipiendas. Proponam, si quid hujusce generis immittere Divina bonitas dignabitur, ita illud acceptare, ut teneris etiam complexibus in imo corde stringam. Denique rogabo, ut, qui hanc animo voluntatem dignatus est indulgere, ille etiam Divinæ gratiæ suæ præsidio, suo tempore efficacem reddat.

XX. ANNOTATIO.

Finis & ordo quartæ Hebdomadis.

Pro octava die ante primam Meditatio-

Finis quartæ hebdomadis est, animum ad perfectam finis sui ultimi inquisitionem perferre, amorem illi virtutis prorsus integræ persequendo, ostendendo illi hunc in finem inestimabile perfectioris vitæ bonum, quod in DEI cum anima, animæque cum DEO conjunctione consistit. Animus enim plenè sibi met, suisque commodis mortuus, qui abjecto jam divitiarum, voluptatum & honorum amore, paupertatem, atque incommoda & contemptus, sui que humiliationes quærit, jam illud in se expressit, quod secundæ & tertiæ hebdomadis exercitia tradiderunt; exercuit jam obedientiam, humilitatem, & paupertatem Redemptoris sui, &

cum Sancto Paulo illud verè de se affirmate po-
 test: *Christo crucifixus sum cruci.* Ita con-
 Æto feliciter tertiæ hebdomadis cursu quatuor-
 aggredditur, ut ex illuminativa, quam ad-
 trivit, via, in unitivæ delicias admittatur
 in qua duo potissimum genera exhibentur, quæ
 bus hac in vita cum DEO suo conjungi possunt
 animus, activâ scilicet & passivâ unione, quæ
 rum priorem mens ipsa divinitus adjuta he-
 alteram à solo DEO cœlitus quasi illapsum
 lâ propè cooperatione sua recipit.

Primum igitur unionis cum DEO generatur
 omnes illas animi sanctas motiones componit
 stitur, quas anima, secundum totam virtutis
 suarum latitudinem, & Divinæ gratiæ me-
 ram in se excitat, ita ab omni ad creaturas
 ctu libera, ut jucundum illi sit, naturæ
 appetitibus adversari. Sic nempe totam se
 tatis actibus in hoc vivendi genere impendit
 ma, ut nullius alterius virtutis actum aliquo
 obeat, nisi qui ad charitatem certo quodam
 do referatur, atque adeò, ut quidquid agit
 ritatis ex imperio fiat, & ipsi etiam charitatis
 actus cum omni, quâ possunt, perfectione
 ducantur.

Ita activâ se conjunctione cum DEO
 anima ardentissimæ charitatis intercedit

actu, actualis, quam Deus subministrat, gratia
obsidio: quæ quidem gratia ejus est naturæ, ut
entem ab omni eo, quod æternæ voluntati
plicere potest, liberam, totam quoad omnes
umanæ voluntati subditas facultates possideat,
amabili violentia facit, ut homo totus Divi-
se amori tradat, consecrétque integrum, om-
nialiarum quoque virtutum officio in amoris
quodammodo excellentiam transformato. Tunc
mirum neque cogitare amplius lubet, nisi De-
; quidquid amatur, videtur, gustatur, tangi-
auditur, Deus est; Deus omnium actuum
jectum unicum, dulcissimúmque est, & pro
ocationum, quas Deus obicit, diversa indole,
verla quoque charitatis sunt exercitia; au-
te se interim perpetuis incrementis virtu-
cælitus infusarum, & donorum S. Spiri-
inæstimabili thesauro.

Et hæc est activæ unionis animæ cum DEO
pretiosa excellentia, quamdiu in mortali ad-
carne versatur.

Longè tamen admirabilius est alterum uni-
nis genus, quod divinos favores animæ nullâ
cooperatione indultas complectitur. Gaudet
in infinita illa bonitas, ea in creaturis suis in-
plicabilis excellentiæ quædam operari, ad
cooperationis nihil amplius ipsa afferat,
Z z
quàm

quàm quantum ad gratias actuales, quas nihil
 ex parte sua agens recipit, afferre solet. Favores
 porrò isti & passivæ uniones, quarum anima
 libera quidem & effectrix causa non est, cum
 se nihil habeat, quod ad hanc causæ dignitatem
 illam elevet, longè sunt & præstantiores, quas
 illæ esse solcant, quas animus in se ipso libere
 operatione producit, & ejus quoque sunt virtutis
 tatis, ut bonum, quod talis conjunctionis benefi-
 cicio Deus animæ indulgere solet, planè sit
 explicabile, cum id rationi quoque perquam
 accommodum, ut excellentior sit modus, quod
 Deus animæ, quàm quo Deo anima se con-
 git.

Et quamvis revera passivæ istæ uniones
 riti nihil habeant, aut habere etiam possint,
 pote quæ à libera nostra voluntate non pro-
 ciscuntur, inutiles tamen nequaquam sunt,
 quòd anima earum præsidio unita liberè
 sensibus, procedentibus ex amore purissimis
 que idcirco grandis omnino meriti virtutes
 amplectatur; tum, quòd Divini ejusmodi be-
 vores, etiam cum evanuerint, appositis
 men in animo dispositiones relinquunt ad
 fectionem prorsus arduam, & meritum
 credibilem thesaurum.

Primi generis unio manifestè intelligitur

meditationibus de Resurrectione Christi, de Diversis ejusdem apparitionibus, deq; Ascensione, quæ scilicet mysteria favores illos nobis exhibent, quos sanctis DEUS mentibus indulgere solet, non viventibus amplius, nisi DEO, omnemque voluntatem suam æternis providentiæ suæ consiliis affixam tenentibus, & manifestè intelligentibus, quænam illa sint, quæ & ab ipsis & ab aliis Divina Majestas ad virtutis integritatem consequendam velit fieri.

Secundi verò generis unio convenientiùs in meditatione de Paradiso proponitur, in qua DEI cum anima & corpore beati hominis conjunctio consideratur, tanquam imago scilicet illius felicissimæ unionis, quam cum animo, virtutis studioso, DEUS in mortali etiamnum vita habet.

Facile tamen est, in mysteriis etiam Resurgentis Christi de passiva unione, & in meditatione de Paradiso activæ unionis aliquid reperire, prout ex sequentibus duabus meditationibus apparebit.

Cùm temporis ratio non nisi de resurrectione, & Beatorum gloria meditari nos sinat, primum locum Resurrectionis mysterio dabimus, tum quòd ita naturalis mysteriorum series requirat, tum quòd ea, quæ proximè ad Salvatoris personam pertinent, jure suo primum sibi præ

omnibus alijs locum vendicent; tum denique quòd activa unio & communior & magis ordinaria, atque melius in Resurrectionis mysterio expressa sit, atque ita meritò meditationem de Paradiso præcedat, in qua sublimioris illius unionis imago quædam expressa cernitur.

Sufficiet autem duplex hæc meditatio, ut animus in perfectionis, ad quod exercitia invitant, culmine tandem collocet. Tamen enim totus exercitiorum decursus meditatione de amore spirituali terminetur, non tamen eo sine instituitur illa de amore contemplatio, ut ad altiorem quendam perfectionis gradum animum elevet, quàm prædictæ meditationes fecerint, cum certum utique sit, sublimius in hac vita nihil esse, quàm vitam, quam Beati in cælo ducunt, agere. Ad hoc ergo sublimem contemplatio illa servit, ut animo modum suggerat, nunquam se à Divinâ, quam semel contempnit, conjunctione separandi, necessariz creaturis communicationis vitio. Atque non alius facit animum assurgere, sed factum jam sublimem cum reperiat, præsidium illi suggerit, quo ab ignava descensione se tueatur, & Divinæ vitæ deliciis identidem inhaerere pergat, contemnens, quidquid Deus non est.

Cæterum ne quis fortè admiretur, quod dicitur

mus in sequenti meditatione, Servatorem nostrum post Passionem suam animæ sibi mortuæ, solique DEO viventis exemplum nobis proponere; non ita illud velim intelligi, quasi ante Passionem suam minùs, quàm postea perfectus fuerit: sed hoc solum significare animus fuit, quòd velut in vita sua mortali, & quam tanquam viator egit, contra naturæ propensiones pugnare voluit, ut ad simile nobis certamen animos adderet, ita dein immortalis, neque pugnare amplius, neque pati voluerit, ut illam nobis pacem in se exprimeret, quam devictis naturæ motibus, nobisque plenè mortuis sperare fas sit. Ostendit itaque nobis benignissimus Redemptor horrorem illum, quo mortem, & Passionis supplicia timuit, ut simili eventu & nos contra imbelles naturæ motus pugnaremus. Gloriosum autem eundem contemplamur, tanquam illius vitæ pulcherrimam imaginem, quam, cum plenè nosmet edomuerimus, vivemus.

Quantumvis enim in hac lachrymarum valde tam serena pax futura non sit, ut DEO serviamus, naturâ vel nunquam, vel rarò admodum reluctante; cum talis unitiva via, & vita, non exilij, sed beatæ patriæ, futura sit portio: at illud tamen verum est, quòd plenius nobismet mortui futuri sumus, tantò & liberius, & quietius

tius Deo nostro pro puritatis animi nostri mensura conjunctum nos iri.

XXI. ANNOTATIO.

Reflexio supra meditationem de amore spirituali.

Pro ultima die. Post ultimam meditationem.

Ultra perfectionem illam, quam S. Ignatius in hac meditatione docet, non est porro quod addamus, ut anima ad ultimi finis sui perfectionem promoveatur. Relinquere enim illam docuit statum illum infelicissimum, in quo vitiorum suorum impetu precipitata fuerat prima hebdomadis ministerio: secunda in primam virtutis semitam poenitentis animum duxit: tertia eundem veram suimet abnegationem docuit: quarta demum in ipsis Dei manibus illum deposuit, Servatori à mortuis resurgenti assimilans, tantòsque in sui cum Dei unione profectus sanctè pollicens, quantos vellet ope charitatis facere, quæ est vinculum perfectionis. Quod sanè usque adeò sublime est, ut excellentius illo nihil sit.

Solum hoc vereri adhuc quis possit, ne forte anima minùs assequatur, quid fructus ex creaturarum rerum consortio debeat trahere, ut cum DEO

DEO se jungat, à quo terrestrium bonorum
custos, tantòque separat, quantumvis tan-
quam instrumenta servire nobis deberent, qui-
bus ad DEUM identidem tendamus. Sed exi-
mit nos ab hoc metu S. Ignatius, dum hanc de
amore contemplationem præscribit; neque ali-
ud est, quod post nobilem hanc in DEUM se se
erigendi rationem porrò doceat, nisi tres oran-
ti modos; quasi diceret, vitam omnem in ora-
tione, & assidua cum DEO familiaritate debe-
re transigi, si mens eò, quò illam invitat, aliquan-
do pertigerit. Neque alibi sanè debuit finire
opus suum, cum humana quidem industria ani-
mum, felicitatis suæ cupidum excellentius do-
cere nihil possit, quàm quod ille nobis suggestit.
Et hinc soli nos DEO reliquit, ad quem quàm
apte à nobis ipsis, à creaturis, ab harum opera-
tionibus, ab earundem denique perfectionibus,
omni in loco & tempore, possimus velut per to-
tidem sublimes gradus ascendere, peritissimè
docuit, DEO cætera relinquens, qui nos singu-
lari & supernaturali lumine eò usque & illustret
& roboret, dum ad perfectionem virtutis per-
tingamus, quam desiderat à nobis in hac vita
obineri, ut gloriæ, ad quam nos condidit, capa-
ces simus.

Tuum denique est, bone lector, judicare, num
Z z 4 asse-

affecuti ut cunq; simus, quod alta S. Ignatii me
de virtute sensit: num amicum factis & se
rum ad sanctitatem iter ipso duce monstraver
mus. Siquidem pro nobis pronuncias, fac, ut
& profectui tuo serviat, quod laudas; & roga
ut te & me multosque alios Divina Bona
quotidianis progressibus in hac virtutis semita
promoveat, ad majorem infinitae Majestatis
gloriam.

Non omitam tamen suam etiam huic
Dissertationem & Considerationem adju
re, quibus ultimam sacrae solitudinis nostrae
em concludamus: neque enim ad illum vir
tis apicem, quem S. Ignatius nobis ostendit
evasimus; atque ideo Duce nobis adhuc &
cumentis opus est.

XXII. ANNOTATIO.

Distributio Exercitiorum in Decem
Dies.

Quia plures erunt virtutis, ac melioris
amantes, qui non contenti, sacrae huic solitudinis
Ostiduum impendisse, cupient illam ad Decem
Dies extendere, operae pretium me latum
stimavi, si paucis ostenderem, qua ratione
citia, quae nos Octo Diebus circumscriptum
commodè in decem distribui possint. En igitur

Distributio Exercit. in Decem Dies. 729

Occupationem, quam quisque singulis ex decem Diebus utiliter impendere poterit,

Occupationes primæ Diei.

Dissertatio hujus Diei erit de vera hominis felicitate & infelicitate in hac vita.

I. Meditatio. De creatione hominis.

II. De Vocatione hominis ad Christi fidem.

III. De Vocatione ad statum Religiosum.

IV. De Vocatione ad statum Ecclesiasticum.

Qui non volet, nisi tres obire meditationes, observabit ea, quæ notata sunt.

Ex libello Exercitiorum S. Ignatij legentur additiones.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatione Cap. 9. lib. 3.

Pro II. Cap. 22. & 26. lib. 3.

Pro III. Cap. 17. lib. 1. & 10. l. 3.

Pro IV. Cap. 1. & 5. lib. 4.

Consideratio hujus Diei erit de Missa, Vesperis, Sacram. Communionis, & visitatione venerabilis Sacramenti.

Antequam autem Consideratio fiat, oportet legere Annotationem septimam de modo, quo

Consideratio fieri debet.

Pauca, quæ ad rem faciunt, hinc monendus es:

Zz 5

Cum

Cum multi, qui per decem dies sacris Exerci-
 vacare volunt, non possint nisi tres horas
 ditationi impendere, idcirco in hac decem
 rum distributione nullam volui novam
 rere Meditationem: quin & aliquando
 tum diversas uni eidemque Diei præscripsi
 rum deinde repetitio loco tertiæ assumatur
 ipsum tamen non impediet, quò minus illi
 bus sacræ huic solitudini decem Dies
 gere placet, quatuor Meditationes facere
 singulis Diebus: si nimirum ad imitationem
 S. Ignatij, tempore matutino duas, easque
 versas Meditationes obeant, & pomeridiana
 easdem, quamlibet per horam bis animo
 lant; hac tamen lege, ut media pars horæ
 mæ illius diei Meditationi revidendæ, & re-
 nandæ applicetur, altera autem media pars
 ræ, secundæ ejusdem Diei Meditationi
 tur. Hoc enim modo eadem res ter
 ni subiicietur, quia prima Meditatio fiet
 per horæ spatium, deinde sicut geminæ
 dem Repetitiones, quælibet per dimidium
 ræ. Et sic etiam secunda Meditatio peragetur
 pariter primò per horæ spatium, deinde
 geminâ per mediam horæ partem repetitur
 prorsus sicut prima, absolvetur. Hic
 idem argumentum sæpius expendendi magis

magnam afferre solet utilitatem, siquidem pij
sunt, quos Divina Bonitas excitare dignatur,
cujus characteri animæ imprimuntur.

Occupationes secunda Diei.

Dissertatio erit de gravitate Peccati. In quem
legentur duo, aut tria prima argumenta
de malitia peccati, & de odio, quo Deus illud
persequitur.

I. Meditatio. De Peccatis Angelorum,
et hominum, & quocunque alio.

II. De Peccatis propriis.

III. De Inferno.

Ex libello Exercitiorum legetur Examen
articulare cum quatuor suis additionibus.

praxis examinis generalis.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatione
cap. 21. l. 1.

Pro II. Cap. 22. l. 1. Cap. 5. l. 2. & Cap. 7.
l. 4.

Pro III. Cap. 24. lib. 1.

Consideratio erit de Examine Conscientiæ
et Confessione.

Occupationes tertia Diei.

Dissertatio erit de gravitate Peccati, & legen-
tibus sunt tria aut duo posteriora argumenta de
malitia peccati.

I. Meditatio. De Morte.

II. De

II. De Judicio particulari,

III. Repetitio utriusque.

Qui quartam addere volet, faciat alteram
duarum priorum repetitionem.

Ex libello Exercitiorum legetur examen
nerale conscientiae.

Et usus Confessionis generalis, ac Confessionis.

Ex Thomâ Kempensi legi poterit:

Pro I. Meditatione Cap. 23. lib. 1.

Pro II. Cap. 14. lib. 3.

Consideratio erit de mentali & vocali
tione.

Occupationes quarta Diei.

Dissertatio erit de negotio hominis unius
summè necessario.

I. Meditatio. De fructibus poenitentiae.

II. De Filio Prodigio.

III. Repetitio priorum.

Qui quartam desiderat, adjungat alteram
duarum priorum repetitionem.

Ex libello Exercitiorum legantur priorum
gulae de discretionem spirituum.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatione
Cap. 18. & 19. lib. 1.

Pro II. Cap. 25. lib. 1.

Consideratio erit de lectione spirituum.

acione, & Communicatione cum Patre
rituali.

Occupationes quinta Diei.

Dissertatio erit de amore Christi.

I. Meditatio. De Regno Christi.

II. Repetitio primæ.

III. De Incarnatione Christi.

Ex libello Exercitiorum legantur annotati
ones pro secunda Hebdomade, & ultimæ re-
pitiōe utiles ad discernendos melius spiri-
tus.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatione

Cap. 1. lib. 1. & 3. & 2. lib. 3.

Pro III. Cap. 1. 7. 8. lib. 2.

Consideratio erit de Conditione, in qua ver-
tatur, officio, occupationibus, & usu tem-
poris.

qua accipiantur primi decem articuli. Et re-
solvantur reliqui decem pro Consideratione se-
quentis Diei.

Occupationes sexta Diei.

Dissertatio erit de Imitatione Christi.

I. Meditatio. De Nativitate Christi.

II. De Circumcisione Christi.

III. De oblatione Christi in Templo.

Qui quartam desiderat, faciat omnium tri-
um unam & unam repetitionem; consideran-
do

do in primo puncto Obedientiam, quam De
Filius in sua Nativitate, circumcissione, & bap-
tatione exercuit. In secundo Humilitate
ejusdem in his tribus mysteriis ubique copu-
simè promicantem. In tertio Paupertate
Tolerantiam, quam isthic maximam
buit.

Ex libello Exercitiorum legantur regu-
dandâ Eleemosynâ, & sex notabiles Obliga-
ones circa scrupulos.

Ex Thoma Kempensi. Pro I Medita-
Cap. 1. 2. 3. 4. lib. 3.

Pro II. Cap. 11. 12. & 16. lib. 1.

Pro III. Cap. 17. 35. & 37. lib. 3.

Consideratio erit de Occupationibus,
temporis; poterunt autem accipi decem
articuli Considerationis, præscriptæ quin-
o&idui secessus.

Occupationes septima Die.

Dissertatio erit iterum, sicut præcedentis
de Imitatione Christi. Est enim argum-
magni ponderis, & dignum, quod sæpius
recolatur.

I. Meditatio. De Fuga Christi in
ptum.

II. De itinere Christi quodannis in
salem.

III. De vita Christi ab anno duodecimo usque ad trigessimum.

Cui placet quater meditari, pro quarta Meditatione repetat tres priores; considerando in primo puncto suæ Repetitionis Obedientiam Christi in tribus hisce Mysteriis. In secundo Humilitatem, quam docuit. In tertio Paupertatem, & Tolerantiam. Est autem Meditatio de vita Christi ab anno duodecimo usque ad trigessimum tanti momenti, ut planè operæ precium esse judicem, si loco quartæ Meditationis, omisis duabis primis, sola hæc tertia repetatur.

Ex libello Exercitiorum legantur regulæ, quas observare oportet, ut eum orthodoxa Ecclesia verè sentiamus.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatione Cap. 38. 40. & 41. lib. 3.

Pro II. Cap 42. & 44 lib. 3.

Pro III. Cap. 53 & 55. lib. 3.

Consideratio erit de virtute, cujus studio hunc annum necesse sit impendere; & de mediis illam excolendi.

Accipiantur autem septem priores articuli: & tredecim sequentes reserventur pro Consideratione sequentis Diei.

Occupationes octavae Diei.

Dissertatio erit de Humilitate.

I. Me.

I. Meditatio. De duobus Vexillis.

II. De Tribus Modis Humilitatis.

III. De Tribus Classibus.

Ut fiant quatuor Meditationes, repetantur

Prima.

Ex libello Exercitiorum legatur id, quod dicitur de Electione.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatione. Cap. 23. & 56. l. 3.

Pro II. Cap. 52. & 54. lib. 3.

Pro III. Cap. 27. & 31. lib. 3.

Consideratio rursus erit de Virtute, cuius in principio hunc annum necesse sit impendere. Accipietur autem tredecim articulos, qui supersunt etiam in libro de Vita eterna, incipiendo ab octavo.

Occupationes nona Diei.

Omnia communia habet cum Die Octavae, & Septima.

Excepta lectione ex libello Exercitiorum, quae hodie alia non erit, quam annotatio pro tertia Hebdomade, & regularum ad vitam temperandum.

Occupationes decima Diei.

Sunt omnino eadem cum Die Octavae, & Nona diei.

XXIII. ANNOTATIO.

Si quis absolutis Exercitiis eas persequi vellet.

Si cui tantum temporis, & animi suppeteret, ut octonos Dies Exercitiis, & totidem Considerationibus impendere vellet, quò & has, & illa maiori voluptate, efficacia, & fructu obiret. Sic ego auctor essem, ut Considerationum initium sumeret ab illa, quæ sextæ diei affixa est, & modum docet, quo potissimum ad virtutem, pro illo anno comparandam, incumbere debeat; atque insuper summopere rogaem, ut huic primæ Considerationi duplo plus temporis, quàm cuiunque alteri commodaret; ut ut certam sibi virtutem seligeret, tum ut studia, & labores ordinare posset, quibus illam consequi meditatur. Pro secunda Consideratione illam assignarem, quam superius quintæ diei præscriptam habes, & de statu, conditione, officio, occupationibus, ac usu temporis agit. Pro tertia illam, quam secunda dies continet, & vertitur circa Examen Conscientiæ, & Confessionem. Quarta petenda esset ex prima die: de Missa, Vesperis, Sacra Communione, & visitatione Venerabilis Sacramenti. Quinta ex tertia die, de lectione spirituali, concione & communicatione cum Patre spirituali. Septima ex die septima de Mortificatione interna & externa. Octava denique ex ultima & octava de conversatione.

Aaa

Qui

Qui verò his Considerationibus, cum ipsi commodum erit, uti voluerit, sapienter faciet, si ex probato Auctore legat, quod in illis actionibus, quas expendere debet, observare vel minime decet; ex hoc enim lumen hauriet, quo actus suos dirigat. Ex omnibus autem, quos ego quidem inspexi, accommodatissimus, & cuiuscunque hominum generi utilissimus esse videtur P. Antonius Gaudier.

XXIV. Etultima ANNOTATIO.

Conclusio Exercitiorum S. Ignatii.

Vir quidam probus, qui aliquamdiu huius opusculi copiam habuit, Auctor mihi fuit, ut explicationem subtexerem plurium Principiorum, & regularum vitæ spiritualis, quas Annotationibus, Additionibus, Regulis, & aliis Instructionibus passim insperfas in libello nobis S. Ignatius reliquit. Et verò insignis operæ pretium foret, quisquis hoc ex æquo præferret; afferret enim plenior totius Alcega notitiam, quam magnus iste Magister perfectionis compendio complexus est. Major autem argumenti huius dignitas, quam ut illam eruditæ ingenij mei vires assequi possint. Non præsumam tam sublimes conceptus, quos ille velut rotas fallibilia principia posuit, explicando detorque-

Declarare naturam perfectionis, & agendi rationem, quâ DEUS in animas utitur, labor est, in longè supra captum meum eminet.

Si negotium mihi sumpsissem, producendi in publicum sensa S. Ignatij, quæ de sanctitate, & medijs, in ejus studio proficiendi, concepit; numeris mei esset, de his quoque omnibus tractare. Sed cum nullum mihi aliud consilium esset, quàm methodum Exercitiorum ab ipso usurpatam edere, satisfecisse me promissis arbor, dum vim Meditationum illius, & mirabilem, quo inter se coherent, atque dirigentur ad perfectionem animis maximè idoneum, & omnium oculis expono. Qui secum ipsi dependent, quòd hodie nomine Exercitiorum nihil aliud intelligatur, quàm Meditationes, quæ præcipuam animæ occupationem in terra hac solitudine offerunt, facile mihi assententur, & mecum affirmabunt: Methodum Meditationum S. Ignatij jure merito appellari esse Methodum Exercitiorum S. Ignatij, aut: Methodus S. Ignatij ad Exercitia. Atque ita haud cavatè dabunt assensum me esse scopum, quem mihi proposueram.

Credo equidem, plures fore in me bene animatos, quibus gratum accidisset, si librum accuratiori calamo concinnâsse, & quæ in doctrina

Ascetica S. Ignatij excellentiora occurrunt, si-
 lide, atque ut ajunt, ex fundamento declarata.
 Hos autem, ut aliquid indulgeant imbecillitati
 meae, etiam atque etiam rogo, securusque reddam
 quod, quidquid claritatis in hac Methodo
 erit, illud facile à peritia Directoris suppleri
 sit, qui hæc Exercitia iis tradet, qui in animarum
 commodum excoli cupient. Cum omnium
 dicio facilius longè sit, animas instruere, fa-
 liarius cum illis de interno statu agendo, quam
 instructionem scripto dare omni omnium
 minum genio accommodatam. Deest enim
 scriptori necessaria illa notitia, quam Director
 rerum peritus, ex quotidiano congressu de
 riori animæ obeuntis Exercitia haurire
 potest.

